

+

Catalogus episcoporum Ecclesie Tampilonensis.

Prologus in Catalogum episcoporum Ecclesie Tampilonensis.

Ita natura comparatum videmus, amice lector, ut alijs alia placeant, nec vno studio delectentur omnes: ac proinde usu euenit, ut alius quidem philosophiae sese dederit, alius uero memoria rerum antea gestarum consuluerit, alij denique alias coluerint artes. Ego quoque ne omnino otio delitescerem, opere pretium me facturum, aut saltem curiosis ingenijs non nihil iucunditatis allaturum existimaui: si catalogum episcoporum, qui à primordio ecclesie ad hæc usque tempora sedem Tampilonensem gubernarint, perscripsissem. Hi siquidem sunt patres, pastores et ductores nostri: ut eos tanquam bene instituti filij imitemur, et boni discipuli sequamur. Historiae namque lectio non solum delectat, sed magno etiam opere componendis moribus conducit. Et hoc est illud præcipue in cognitione rerum (ut ille ait) salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque reipublicæ, quod imitere, capias: inde factum inceptu, factum exitu, ^{quod} vites. Quod si rerum cognitio, et historia lectio (ut pote magistra uitæ) tam est conducibilis ad mores componendos: Vbi melius poterimus intueri, quæ imitemur: quam in eis uiris, quos nobis Christus ipse Deus et Dominus noster imitandos proposuit? Quid enim aliud sonat episcopus Græcè, quam inspectorem, speculatorem, custodem, consultorem et ductorem? qui ex illo dignitatis culmine, tanquam ex loco edito inspiciat, diligenter prouideat, quæ ad commodum ecclesie pertinent: custodiat gregem sibi concreditum, ne quem lupus rapiat: consulat et doceat, quid credat, quid ue faciat, et contra: denique conspiciatur ab omnibus, ut eius exem

Liuus in prohemio

plo dis

plō discant Christianam vitam agere, quum ipse sit illa lucerna accē
sa super candelabrum posita, quae luceat omnibus, qui in domo sunt.
Horum itaq; catalogum summam conscribere studeo, quō ea ijs tibi,
quod imitare capias. Quae res immensi certē est operis, ut quae quum supra
mille quingentos annos sit repetenda, tum uerō quōd nulla prorsus mo
numenta ^{aut perperam} reliqua fuerint, rerum ante aduentum Maurorum in His
paniam, eiusq; cruentam deuastationem, gestarum. Tam enim funes
taac planē lamentabilis per fida illius gentis rabies in omne Christia
num nomen deseruit: Ut penitus coactum voluerit. Nullam praetera
expugnabat urbem, quam non deseret: nullum templum, quod non aut
euertoret, aut omnibus religionis monumentis et libris exustis suo perditio
Mahometo non dicaret. Quare nemini debet mirum uideri, si post deserta
combustaque omnia non possit catalogus episcoporum, qui infelicissi
mum illud tempus praecesserunt, aut post fuerunt usque ad excusum
execrabile illorum iugum ordine describi: tamen si adhibita est pro ui
rili parte per quam sollicita diligentia, lectis concilijs in Hispania
^{coactis,} ~~habitis,~~ Castella et Nauarra regum Chronicis, pontificum diploma
tis adhsq; publicis inscrip̄ijs huius ecclesiae et cano b̄j sancti salua
toris sciorējs, ut certius aliquid adduci posset. Hoc enim non est du
gium, quin certo asseuerari possit, Pampilonae sedem fuisse cathedra
lem ab ipso statim principio nascentis ecclesiae. In concilio etenim
Toletano tertio tempore Ricardi Regis ~~auctoritate apostolica con~~
gregato, sub Pelagio. 2. papa, Pampilonensis ecclesiae episcopus inter
fuisse legitur, qui et subscripsit, ut alij. In Undecimo item, anno quar
to ^{Bartholomae} ~~Bartholomae~~ regis Christianae autem salutis sexcentesimo septuagesimo
^{quinto} ~~nono~~ ibidem coacto apparet, sapientissimum regem synodum illam
congregasse potissimum ad sedandas episcoporum inter se quotidi
anas ^{terminis} ~~limitibus~~ diocesium controversias: in qua extat, seruiata
institutione sedium metropolitonarum antiqua, suas cuique tribuisse
suffraganeas ecclesias, ^{fratribus,} ~~limitibus,~~ quos unaquaeque earum habitura erat,
descriptis: quemadmodum iam olim eas habuisse chronicis fide dignis,
testimonijsq; certissimis comprobatum inuenit. Inter metropolitanas
autem sedes non tenet postremas partes Tarraconensis cum undeci
ginti suffraganeis sibi subditis diocesis: Vbi fit mentio de Pampilonen
si episcopatu, et limitibus eius. Haec itaque amice lector tibi satis abunde,
(nisi forte fallor) persuaebunt, sedem Pampilonensem antiquissima
fuisse:

fuisse: licet, iniuria temporum misereque infelicitatis inuidia, quinam eidem à principio præ fuerint, ordine tibi descriptum tradi minimè possit. Proinde, quæ desideraris, infœlici seculo perfidæq; gentis seuitiæ tribue, quæ nullum nobis eorum temporum vestigium relictum uoluit: Vt certius aliquid tibi tradere possimus. At uerò reddita pace ecclesiæ, tranquillâ tatisque temporibus, qui sunt, qui eandem sedem regendâ susceperint, seruato ordine satis aptè descriptos inuenies: quæ res te mouebit: Vt nobis veniam dare, et nostrum hunc laborem (qualis qualis fuerit) æqui boniq; consulere, ne graueris. Quare bene Vale.

Incipit catalogus episcoporum Pampilonensium.

S. Firminus primus eps.

Iam primum omnium satis constat, Honestum Saturnini Episcopi sacellanum insigni pietate uirum prædicandi gratia Pampilonæ innotuisse anno à passione Christi vicesimo secundo: Vbi ante omnia colloctus cum primis Senatoribus Firmo, Fortunato, et Fausto, ab eisdemq; honorificè exceptus, coram omni populo in templo Iouis ad sacra congregato, cœpit de vera religione ac fide Christi tam sanctè eruditeq; disserere, vt illius cœlesti diuinæq; oratione ipsi in primis Senatores accensi decreuissent in Christum credere, et nomen in Christianos dare, Vt cumq; esset, tamen vehementer se cupere aiebant, Saturninum ipsum audire, tanquam ex ipso fonte aquam exaurire uolentes. Quare obnixè precati sunt, ut Tholosam rediens secum suum præceptorem adduceret. Quod Honestus fidei Christianæ propagandæ auidißimus et libenter pollicitus est se facturum, et libentius multò re ipsa præstitum curauit. Intra sex decim namq; dies cum suo dño episcopo pedestri itinere Pampilonam redijt. Vbi ille sedens sub thèrè binto, quæ erat ad Dianæ templum, toto triduo prædicauit, ac quadraginta hominum milia conuertit: inter quos priini fuerunt nobilissimi Senatores.

Senatores. Firmus autem quum esset iam fide et opere catholicus, filium primogenitum Firminum annos aetatem decem Honesto in liberalibus disciplinis philosophiaque Christiana erudiendum tradidit: nam et antea filius eius erat in baptismo. Puer uero bonae indolis et ad pietatem natus ^{septennio} ita in literis profecit, ut a praepotore senio prope modum confecto mitteretur ad suburbia ciuitatis, quo populum mirifica sua doctrina instrueret confirmaretque. Ille uero tametsi adolescens diuini munus ita strenue matureque gerebat, ut mirarentur omnes, tantam diuinae doctrinae claritatem et energiam in tam tenera aetate inesse. Firminus itaque Pampilonae natus et educatus, Pampilonae baptizatus, et in Christiana philosophia institutus, Pampilonensium precibus ab Honorato episcopo Tolosano sacris initiatus, ac mox episcopi munctus consecratusque huc remissus est: Ut suos uerbo et exemplo confirmaret. Unde cum episcopali decoratus infula rediret, sanctum Dei uerbum per totam Nauarram longe lateque praedicauit, eademque in fide satis confirmata (euangelicum illud altius mente perpendens: Ite docete omnes gentes) in Galliam annum ingressus alterum et trigesimum reuersus est, quod ibi maior esset fidei propaganda necessitas: **U**bi tandem post multos exaustos labores, post uaria supplicia forti in fractoque animo pro Christo perpeffa capite plexus martyrii palma coronatus obiit Ambianis anno Domini circiter octogesimo, aetatis uero suae trigesimo sexto. Cuius corpus a Faustiano Senatore (quem idem ipse baptizauit) quantum eo tempore licuit, honorificentissime conditum est in eade Virgini matri sacra, ab eodem martyre constructa. Ut cumque esset, tamen postea reddita pace ecclesiae, aduenienteque temporum tranquillitate certo sciri non poterat, ubi uenerandum illud beati martyris corpus sepultum esset: donec Theudericus regnante, Saluius Ambianensis ecclesiae episcopus uir magna probitatis et doctrinae post diuinas crebrasque preces religiose effusas, triduo ieiunio clero ac populo indicto uoti compos euasit, desideratumque thesaurum inuenit, immensoductus odore fragranti, caelestique lumine super locum sepulchri redolente. Quo solo instigati odore omnes Treueri, Cameracenses, Velouacii, aliarumque uicinarum Urbium populi conuenerunt Ambianum miraculi causa, Deoque gratias acturi. Id quod accidit idibus Ianuarij, quo tempore tametsi omnia rigent frigore, subito tamen admirabilis calor exortus est, uelut omnes campi floribus ac folijs aruixerint, multaque miracula

5

miracula tum ibidem edita uisa fuerint. Venerandum autem corpus è sepulchro seuatum, inq̃ decenti loc^{ulo} positum translatum fuit ad eadem urbis primariam celeberrima pompa religiosoque concentu deductum: Vbi decentius honorificentiusq̃ poterat coli, quemadmodum fit, Venerabunde enim colitur, miraculisq̃ in clarescit. ~~facet~~, nos quoq̃ ipsi uidimus hic non pauca nostris temporibus facta, quorum testimonia extant apertissima. Quis ergo his atq̃ alijs huiusmodi, quæ breuitatis causa subiceo, æquo libramine pensatis, negare poterit Firminum Pampilonensis ecclesie fuisse præsulẽ eundemq̃ primum? In primitiua enim ecclesia institutio episcopi et reliquorum ministrorum non fiebat ad certum titulum, imo ratio ordinationum habebatur mense dumtaxat Decembri: Vbi ordinabantur diaconi, presbyteri et episcopi: post deinde mittebantur ad disseminandum sanctum Dei uerbum, Vt Saturninum, Dionysium, Eugenium et alios legitimus missos: deinde ab ipsis populis electos aut adsumptos. Mense uero Domini crescente, dotatis templis, simul et sacerdotijs, et certis stipendijs ministrantibus constitutis, visum fuit patribus, neq̃ id sine magna ratione, ne deinceps sine certo titulo (qui illis victu necessariam subpeditaret) ad maiores, quos et sacros vocant ordines, instituerentur: quemadmodum nunc fieri uidemus. Quare gloriosus Christi martyr et sanctus episcopus Firminus procul dubio Pampilonensis ecclesie primus præsul est merito habendus. Quod et Petrus secundus, eiusdem ecclesie antistes acturus de solennitate beati martyris ad augenda (ut celebrius et honorificentius deinceps coleretur) certo asseuerat, quæ admodum latius in historia eiusdem scriptum reperies. At uero prochi dolor, qui huic successerint in eo munere usq̃ ad aduentum Maurorum in Hispaniam (successerunt autem reuera suo quisq̃ ordine multi) inueniri uix potest. Ad eò enim perfida gentis illius cruenta rabies Christiani sanguinis effundendi auidissima in illo suo lamentabili ingressu funestaq̃ nostræ gentis deuastatione deseruit in omnes, qui Christi nomen profiteri audebant: Vt neminem ferme præterierit, quin gladio uindice feriret, omnia denique religionis monumenta extincta

extincta curavit. Proinde libros huius modi solite conquirebat, eosdem
quum primum in manus uenirent, in cineres pascente flamma conuer-
tebat: templa autem Christo Domino dicata aut exusta obruebat, ut
ne unus quidem lapis super lapidem remaneret, aut ita profana-
retur, ut Mahometo pseudo propheta Mezquitas, ut vulgo dicunt con-
secraret: nullam expugnabat urbem, quam ferro igneque non depopu-
laretur: et ut semel finiam, nec fanis parcitum est nec profanis in hoc
precipue regno, Vbi uicti omnino deleti sunt, quod et ubique fiebat, pra-
terquam in paucis munitissimis urbibus, nempe Hispali, Toleti, Va-
lencia et alijs nonnullis, quae ea lege in hostium deditio nem venerunt,
et praesertim Toletum, ciuitas regia tunc nuncupata, ut permitteretur
Christiano ritu vitam agere, ecclesias cum episcopis et sacerdotibus
habere, sacra et publica et priuata suo more facere, diuinasque laudes
decantare. Huius modi ergo homines, qui sic sub Maurorum iugo
sacris dijs retentis remanserunt, appellati sunt Mozarabes, hoc est
Misti Arabes, quod misti cum Arabibus Christum colerent, et offici-
um ecclesiasticum (quo tum utebantur) Mistarabum: quemadmo-
dum tradit Rodericus Toletanus archiepiscopus antiquitatis scriptor
uigilantissimus. Quae tamen vox, quum temporis diuturnitate, tum
uero barbarorum lingua ita est corrupta, ut in Mozarabem degene-
raret, qua nunc vulgus saepius utitur. Et missae officium à sanctis uiris
Leandro et Isidoro institution, nec non postea ab omnibus Hispania
populis receptione diceretur Mozarabe. Quo quamuis longo tempore
perquam religiose essent usi, Alphonsus tamen huius nominis. Vj. Cas-
tella ac Legionensium rex (quum de sacris instaurandis ageretur) Ri-
cardi Massiliensium abbatis suasu Constantiaeque reginae uxoris sua
crebra ac ferme quotidiana efflagitatione inductus Gregorianum officium
Toletano praetulit, effecitque, ut in Hispania quoque missa diceretur more
Romano, diplomate ad hoc à Gregorio. Vj. impetrato anno Christi cir-
citer. Mlxxxiiij. Et licet populus agrè ac rēq; ferret consuetudinē
centum et uiginti propemodum annos tanto omnium consensu receptā
mutari: rex tamen suo usus iure post diutinas controuersias vltro
citroque habitas voti compos euasit. hac tamen lege, ut missa Gotthica sine
Mozarabe Toleti in sex saltem ecclesijs nempe diuorum Marci, Lucae,
Sebastiani, Torquati, Eulaliae et Iustae numinibus dicatis in antiquita-
tis memoriam

his memoriam remaneret, quod rex populi votis satisfactus fa-
cile permisit. Quandiu itaque gens illa Mozarabum eorumque
posteris floruerunt, suam quisque ecclesiam sacraque gentilia reli-
giose seruatunt. Sed paulatim voluentibus postea annis fami-
liisque illis deficientibus, ritus quoque sacrorum deficere, et Gre-
gorianus sensim in sex adhuc illas ecclesias introduci coepit.
Tandemque effectum est, ut non nisi paucis quibusdam statis
festisque diebus coertu in illis sacrificaretur. Quo cognito Francis-
cus Ximinius recolende memoriae archieps Toletanus. s. Ro-
manae ecclesiae presbyter Cardinalis tituli. s. Balbinae indig-
num et graue esse ratus, sanctissimas priscorum Hispanorum
ceremonias a viris tam praclaris institutas, miraculorumque
testimonijs comprobatas in tantam disuetudinem abiisse, ut
iam iam interitura viderentur, decreuit, sacellum elegans ad
extremam summi templi partem occidentem versus, in ~~ad~~ ^{ad} ~~eucla~~
(qua corporis Christi dicebatur) edificare: in quo tredecim sa-
cerdotum collegium, adiunctis tribus ministris, instituit, quos
Mozarabes sodales appellari libuit. Hoc collegium idoneis pro-
uentibus annuis colloquetatem sub capituli Toletani patroci-
nio constituit. Ipsis porro sacerdotibus perpetuam horum sacro-
rum curam demandaui: Ut eo ritu singulis diebus sacrificare,
horariasque preces decantare solemne esset. Ad hoc et sex Moza-
rabum ecclesiarum sacerdotia pertinere voluit, quae quoties va-
cua esse contingeret, ipsi sacerdotes possent optare quibus illa
conferret archiepiscopus. In Salmanticensi quoque ecclesiae
institutione doctoris a Talauera viri grauisissimi diebus praeci-
piis ac solemnioribus dicitur missa Mozarabe sed in silentio.
Noli itaque mirari, amice lector, si catalogus episcoporum (qui
Pampilonensi praefuerunt ecclesiae) post tot tantasque miseriaru-
rum crummas ordine descriptus non inueniatur. Tametsi quantum
fieri potuit, adhibita est diligentia, ut ex chronicis et concilijs in
Hispania ^{celebratis} habitis non nihil colligeretur, quo contentus nunc esse
debebis. Quamobrem quod hic desideraris infelicitati temporum,
inuidiaeque nefandae gentis (obsecro) tribuas.

Lillofus

* Et in hoc tam celebri concilio rex ipse omnium primus, deinde unus et tota gens Gothica abintrauerunt
heresim Arianam, et in publico patrum conventu professi sunt fidem catholicam, et equalitatem personarum
in sanctissima Trinitate. Ab omnibus itaque partibus (qui huic concilio interfuerunt) condemnatum est
et Hispania hinc omnino exterminatum Arianorum dogma, quo nobilitas Gothica per seculum trederim annis
fuerat infecta. Hinc aperte satis apparet, ante infelicissimum

Lilliolus episcopus.

Firmiter itaque martyrii coronam adeptus est Ambianis, et ex illo quis
Pampilonensi profuerit ecclesie, non extat: nisi quod in concilio tertio
Toletano sub Ricardo rege ^{anno eius quarto, et Mauriti imperatoris octavo,} auctoritate apostolica Pelagio. ij. Romae
pontificem agente anno Christi quingentesimo octogesimo nono coacto,
interfuit eps Pampilonensis, qui et sic subscripsisse legitur: Lilliolus
Pampilonensis ecclesie eps. ~~Quod si satis innotuit,~~ ante infelicissimum
illud tempus, Pampilonae sedem cathedralem (ubi episcopus resi-
deret) iam olim fuisse. Et ut hoc aliquanto certius tibi fiat, faciliusque
persuadeatur, libet ex conciliis et praeceptis Toletano Undecimo, histo-
riam regum Hispaniae generali, non nihil adhuc in medium adferre. ^{regis Alphonsi et Patricij imperatoris secundensis, et chronice Hispanie Ambrosij Nardes}
Et à Bamba rege sapientissimo incipio, Constantinum enim Imper-
ratorem, ceterosque, qui sedes metropolitanas cum sibi suffraganeis ins-
tituerunt, de industria tacitus praetereo: hic itaque Bamba concordiae
amantissimus ~~anno~~ anno quarto regni sui, qui fuit ab orbe redempto
sexcentisimus septuagesimus nonus, ^{quinto, pacato regno, res quoque ecclesiasticas,}
~~ut componeret, concilium Toletanum iudicavit, et celebrari fecit a Quirico urbis~~
~~regiae primatate.~~ Nouerat siquidem rex optimus vereque Christianus, ha-
ereses in ecclesiam irrepere, ecclesiastici ordinis viros parum admodum re-
ligiose viuere, maxime autem praelatos super limitibus dioecesium in iudicijs
secularibus, non sine graui populi offendiculo, lites quotidie persequi: alij enim
aliorum terras, (matre auaritia instigante) inuadebant. Quae mala (quae
tam essent Christianae reipublicae perniciose) non potuit ille non indignè fer-
re: propterea (ut cui incumbere) voluit pro sua virili conari, tantis malis op-
portuna adhibere remedia. Auctoritate itaque in primis apostolica, eorumdemque
praelatorum consensu factus eruditissimorumque virorum adiutus consilio inter
alia multa hoc etiam prouidit, nempe quod institutionem erectionemue sedium
archiepiscopaliū à Constantino imperatore in concilio Illiberitano Helena
matre presente auctoritate Syluestri papa coacto, anno Christi trecentesimo
trigesimo octauo factam ante omnia probauit. ^{Et suos cuique metropolitanos suffraganeos}
~~episcopos assignauit, et episcopatus omnes Hispaniae et Galliae Gothicae a suis terminis de patrum~~
~~consensu distinguit, quemadmodum eas iam olim habuisse confiterat, sequitur meare-~~
~~modum ex chronice, maxime uero ex generali in situ Alphonsi rege canonice~~
~~priorum regionum exempla, quorum ante se historias et res hac de causa optine legi~~
~~sapienter collecta, non leuissimè acrimè publicis sine re uera dignè confabulat, eas~~
~~publice iussit.~~ In quo rex Christianae concordiae studiosus praetor quam
quod non mediocre obsequium Deo optimo maximo praestitit, hominibus non
solum presentibus, sed posteris etiam magnum attulit adiuuentum: quod
deinceps adempta esset occasio dissidiorum, praclusaque uis litium et controuer-

Siarum.

vel ut alij uolunt
675.

vel ut alij uolunt
324.

X

Firminus itaq; martiry coronam adeptus est Ambianis, et ex illo quis
 Pampilonensi præsuerit ecclesie, non extat: nisi quod in concilio tertio Tole-
 tano sub Ricaredo Rege anno eius quarto, et Maurity Imperatoris octavo,
 Pelagio. ij. Roma pontificem agente anno Christi quingentesimo octoagesimo
 nono coacto, interfuit episcopus Pampilonensis, qui et sic subscripsisse legitur:
 Lilliolus Pampilon. ecclesia episcopus. Et in hoc tam celebri concilio rex-
 ipse omnium primus, deinde regina et tota gens Gothica abiurarunt here-
 sim Arianam, et in publico patrum conuentu professi sunt fidem catholicam
 et equalitatem personarum in sanctissima Trinitate. Ab omnibus itaq; pa-
 tribus (qui huic celeberrimo concilio intererant) condemnatum est, et Hispa-
 nia firibus omnino exterminatum Arianorum dogma, quo nobilitas Gothi-
 ca per ducentos tredecim annos fuerat infecta. Cum ergo fides catholica (ut
 diximus) tempore huius Regis Ricaredi per vniuersam Hispaniam publice
 ac firmiter reciperetur; ad maiorem eius confirmationem et conseruationem,
 ut tunc preceptum fuerat, concilia prouintialia diuersis in locis fuerunt
 celebrata: qua nunc minime extant, prater quadam qua reperiuntur in
 quodam vetustissimo codice. s. Emilianii de la Cogolla, qui hodie est in Re-
 gio monasterio. s. Laurentij del Escorial. Inter ea legitur in eodem libro,
 concilium prouintiale Casaraugusta celebratum Cal. Noue. septimo reoni
 anno eiusdem Regis, à natiuitate Verbo domini quingentesimo nonagesimo
 secundo. Exitq; secundum ex concilijs, qua in ea ciuitate celebrata sunt:
 preceptum fuit in eo tribus capitulis, quid ex Arianis conuersos in fidem
 catholicam sequi oporteret. Illudq; subscripserunt sequentes, Artemius
 Metropolitanus Tarracone, Sophronius, Stephanus, Iulianus, Simpli-
 tius, Asterius, Murnius, Lilliolus, Magnus, Ioannes, Galanus, et alter
 Iulianus, Antedius, Beatus et Dominicus. Procuratores episcopi Inouiri,
 Stephanus diaconus procurator episcopi Aquilini, quorum diocesis nulla
 nominatur. Hunc ego Lilliolum ego crederem esse Lilliolum epm Pam-
 pilonensem, qui adfuit in prefato concilio. 3. et in eo se subscripsit, habito

tribus annis ante hoc concilium Casaravostanum. De quo Ambrosius
Morales historicus regius vir plane doctissimus, atq; diligentissimus, cap. vij.
libri xij. Chronicorum Hispania, praeuatim mentionem facit. Hinc ~~aperte~~
~~satis apparet ante infelicissimum~~

Ioannes episcopus.

610. Legimus etiam Ioannem episcopum fuisse Pampilon. Gundemaro rege
Gothorum, reonante, qui convocauit concilium, anno primo reonni sui, die xxij.
Augusti, Era sexcentesima quadragesima octaua, à natiuitate vero Christi
anno sexcentesimo decimo, vbi eiusdem reois decretum habetur, quod hac
tempestate apertissime nos ducit in conuentionem rerum et amplitudinis eccle
siae Toletanae, approbatum et subscriptum ab eodem rege, et alijs archiepis
copis, et episcopis, inter quos epus Pampilon ita se subscripsit; Ioannes Pam
pilonensis subscripsi. Hoc concilium omnino refert dictus Ambrosius Mo
rales lib. xij. cap. xij.

Aquilanus epus.

684. Aquilanus epus per suum procuratorem Vincomalum interfuit in secundo
concilio tempore Flauij Eruiogij reois habito, et est. xij. ex communi
computatione Toletanorum; celebratumq; fuit reonni sui anno quarto in
ecclesia. ss. Petri et Pauli, et apertum. 4. die Nouembriis, anno Dñj sexcen
tesimo octuagesimo quarto, quod quidem fuit nationale. Ad eiusq; celebratio
nem conuenerunt quadraginta et octo episcopi, viginti sex Vicarij, vel procu
ratores absentium, nouem abbates, quindecim comites, octo duces seu impe
ratores generales, et quatuor equites nullo titulo affecti. In initio eius concilij, ut
mos erat eo tempore, hic Rex interfuit, qui presentibus tradidit tomum siue
ibi etiam ostendi / schedulam
tur regem ipsum in memoriale
genti cura enixum late plena: ibiq; demonstratur insignis opera, et vehemens reois studium, in
fuisse in conseruan
da Gothorum nobilitate conseruanda, quae penè iam declinauerat, et passim ad inte
litate, quae paulatim ritum teridebat. Omnes enim ibi sua nomina substituunt, et inter episcoporum
corrumpti et perire Vicarios sic habet, Vincomalus ^{diaconus} Vicarius Aquilani episcopi Pampilon. Id omne
ceterat: cuius omnes recenset sigillatimq; declarat Ambrosius Morales historicus Regius in suo Chronico
se subscribunt, et

Vincomalus inter Vica
rios his verbis. Vinco
malus diaconus Vicarius

Aquilani epi Pamp. haec omnia
delicenter tradit Ambrosius Morales. &c.

generali

Martianus epus.

693.
Aquilano epō successit, ut crederem, Martianus, ex unius enim ad alterius
episcopatum non multum annorum spatium interuenit, in cuius nomine se ab
sente supradictus Vincemalus diaconus interfuit concilio, (quod vulgo numera
ri solet. xvj.) regis Leouice precepto Toleti congregato, in ecclesia pratoriensis
ss. Petri et Pauli iuxta arcem, die. 2. Maij imperij huius regis anno sexto,
incarnationis aut Christi sexcentesimo nonagesimo tertio. Hoc concilium fuit
nationale, siquidem in eo conuocati sunt. Lx. episcopi, tres Vicarij absentium
quinq; abbates, sexdecim equites deoentes in curia Regis. Rex ipse adfuit
eius initio cum prelati, et suum tomum seu memoriale exhibuit, conquerens
in eo de aduersa eius temporis fortuna significat nonnullas fuisse conspirationes.
Hec omnia tanq; religionis Christiane cultor pro suis peccatis a Deo permissa
credit, ab omnibusq; petit ut misericordiam a Deo humiliter supplicantes huius
damni remedium consequantur. Hoc concilium videtur precipue habitum fuisse
contra Sisbertum archiepiscopum Toletanum. Omnium subscriptionem qui
in hoc concilio presentes fuerunt, transfert Ambrosius Morales in suo Chronico
lib. xij. cap. Lix. sicut inuenit in duobus codicibus Toleti originalibus et
antiquis. Inter episcoporum Vicarios subscripsit Vincemalus diaconus, Vicari
us Martiani ep̄i Pampilon. Hunc Vincemalum existimarem esse ipsum Vin
cemalum, cuius supra fecimus mentionem. Hinc aperte satis apparet, ante
infortunatum illud tempus, Pampilonam sedem cathedralem (ubi episcopus resideret)
iam olim fuisse. Et ut hoc aliquanto certius tibi fiat, faciliusq; persuadeatur,
libet ex concilijs et precipue Toletano Undecimo, historiaq; regum Hispania
generali Regis Alfonsi et Paralipomeno Gerundensis, et Chronico Hispania
Ambrosij Morales nonnihil adhuc in medium afferre. Et a Bamba rege
Sapientissimo incipio, Constantinum enim Imperatorem, ceterosq; qui sedes
metropolitanas cum sibi suffraganeis instituerunt, de industria tacitus praterco:
hic itaq; Bamba concordia amantiſſimus anno quarto regni sui, qui fuit ab

in quo de afflictis
temporibus vehemen
ter conqueritur, nam
aperte demonstrat
nonnullas fuisse cons
pirationes.

Orbe redemp;

orbe redempto Sexcentessimus Septuagesimus quintus, pacato regno, res quoque
ecclesiasticas ut componeret, concilium Toleti indixit, et celebrari fecit à
Quirico Urbis Neoria primate. Nouerat siquidem rex optimus vereque Christia-
nus, hæreses in ecclesiam irrepere, ecclesiastici ordinis viros parum admodum
religiose viuere, maxime autem presbiteros super limitibus diocesum in iudi-
cijs secularibus, non sine orauis populi offendiculo, lites quotidie persequi: alij
enim aliorum terras, (matris auaritia instigante) inuadabant: Quis mala
(quum tam essent Christiana reipublica perniciose) non potuit ille non iudicio
nè ferre: propterea (ut cui incumberebat) iussit pro sua vixili conari, tantis
malis opportuna adhibere remedia. Itaque eorumdem presbiterorum consensu
fretus eruditissimorumque virorum adiutus consilio inter alia multa hoc etiã
providit, nempe quod institutionem erectionemque sedium archiepiscopaliũ
à Constantino Imperatore in concilio Illiberitano Helena matre presente
auctoritate Syluestri papa coacto, anno Christi trecentesimo tricesimo octauo
factam ante omnia probauit. Et suos cuique metropolitano suffraganeos episco-
pos assignauit, et episcopatus omnes Hispania et Gallia Gothice suis terminis
de patrum consensu distinxit, quemadmodum eos iam olim habuisse consti-
terat, sequutus in ea re priorum reorum exempla, quorum ante se historias
et res hac de causa lectas legi publice iussit. In quo rex concordie Christia-
nae studiãus præterquam quod non mediocriter obsequium Deo optimo maxi-
mo præstitit, hominibus non solum presentibus, sed posteris etiam maonũ
attulit adiumentum: quod deinceps adempta esset occasio diffidorum, præ-
clusaque uia litium et controuersiarum. Et licet nulla.

Vel ut alij volunt.
324.

17

Siarum. Et licet nulla fiat aperta mentio in decretis concilij de contro-
uersijs super limitibus diocessum inter prelatos habitis, quod puto
non temere factum: oportebat enim integritatem nominis, et offi-
cij tam prestantis (quale est episcoporum) incontaminatam seruare:
nonnulla tamen discernuntur, quae extendere uidentur. Chronicon salu-
tem generale ^{regis Alfonsi} et melius ^{Ambrosij Morales} lib. 24. cap. 49. et cap. 50.
Sigillatim omnia enarrat, quae uitanda molestiae cau-
sa hic non exponuntur: praesertim quoniam nomina locorum nunc
sunt adeo mutata, ut (etiam si explicentur) intelligi nequaquam
possint. Est et Toleti in tabulario ecclesiae (quod alij archiuum
uocant) liber, in quo haec et alia latius exscripta exsignataque ad-
seruantur: Ut testatur Petrus Ascocer in historia Toletana urbis, et idem Ambrosius Morales.
Inter metropolitanas autem sedes, primas post Toletanam tenebat
partes Tarraconensis: quae tum undeuiginti habebat suffraganeas,
inter quas erat Pampilonensis. At uero nunc septem tantum ha-
bere comperitur. CaesarAugustana siquidem ecclesia (quae huic
erat subdita) creata fuit Metropolis cum quinque suffraganeis per
Ioannem .xxij. anno Domini millesimo trecentesimo duodeuic-
cesimo, Iacobo Aragonum rege id ita fieri obnixissime efflagitan-
te, sub qua mansit Pampilonensis. Deinde successu temporum
Valentina quoque erecta est sedes archiepiscopalis cum suis suffra-
ganeis. Quo fit, ut Tarraconensis ecclesia (quae tam longe lateque
patebat) nunc in tam angustum redacta sit numerum. Lege ob-
secro te, amice lector, omnia, unde haec summam colecta sunt,
et alia si potes usquam inuenire antiquiora, et reperies ubique hono-
rificam de antiquitate sedis Pampilonensis mentionem factam.
Verum enim uero postquam (ut eo adhuc redeam) Hispania in
infelicissimam Arabum Maurorumque deditorem uenit, miserabi-
liumque eorum imperio subacta est, Gothica gentis fortitudine contri-
ta atque deleta, Legionenses, Astures, Cantabri, Nauarri, et Arago-
nenses (qui super fuerant) oppida, villas, totosque agros deserentes ad
syluas montesque confugerunt, ut illic saltem aliqua Christiani nomi-
nis scintilla confoueri posset: quos ideo sic Dominus adseruatos uol-
luit, ne lucerna fidei et sanctorum in Hispanijs omnino extinguere-
tur: Ut testatur Rodericus Toletanus. Quod cum omnes superstites,
quasi Christianorum reliquiae fecissent: episcopi quoque sanctorum
corpora, felicesque eorundem reliquias secum deportantes praestiti-
sae putandi sunt. Quod et Pampilonensis fecisse a nonnullis credi-
tur, delegisseque sibi celeberrimum illud sancti Saluatoris Leo-
rensis coeno

rensis cenobium, ubi se reciperet: certo tamen nescitur, quisnam ille fuerit episcopus. aut quo tempore sedes illuc translata sit: nisi quod aiunt sedem cathedralis aliquot annos ibi fuisse. Hoc tamen an re vera ita sit, ex his

(quae paulo post dicentur) melius nosse poteris.

742. donacion de don ympe Audra ans dex. 272. - 14. K. May: quees. 2. Alel. q^{da} calbra la tierra su tras la ion zel m^o.
a Guillelmo d^ops de los hyares de yessa. **Guillelmus episcopus. seu Gulgesend^o. Era. 870.**

742. dona. n^o. 166. 167. **Guillelmus Pampilonensis natus, idemq^{ue} cognatus Onnece reginae** in **legerentim^o** sepul^o

742. dona. 166. 167. **Quarra (quae ab alijs Innigla saue Theuda dicitur) inuenitur fuisse post ex-**

cussum iugum Maurorum unus inter primos episcopos Pampilonenses:

quem in multis alijs locis, tamen uero in **in diplomatis** **rensi cenobio factarium**, ubi frequens fit mentio de illo, et praecipue in do-

natione a rege Enneco Xemerone eidem **monasterio, illa quidem** **caenobio facta Era octingen-**

tesima octogesima, praesente abbate Fortunio, quam et ipse episcopus con-

firmat. Huius etiam episcopi meminit historia translationis sanctarum

Virginum ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

Virgini ac martyrum Nunilonis et Alodiae, quae omnia extant ^{ut exet}

in legerentim^o

sepul^o

est, hospicioq^{ue} benigne excipus.

Tandem post longam pere-

grinationem Cordubam

reuersus ad hunc venerande me-

morie episcopi epistolam scrip-

psit Christiane pietatis plenam,

in qua, quum ipse in carcere

esset, miris tamen laudibus

Pampilonensem in Christi fide

quietam pacem, Lege^{re}sq^{ue} ca-

nobij vigilantem ordinem

effert: et, ut p^{ro}missis staret,

sanctorum martyrum Zoili

Demde inuisit Fortunium quoq^{ue} Lege^{re}sis mona-

stij abbatem ac monachos, ubi aliquot dies com-

moratus, se eorum religiosa familiaritate re-

fectum ac recreatum fectur.

Diploma

donatio

perpetuus comes peregrinationis eius fuit. Hanc diui

Eulogij martyris epistolam reperies inter alia eiusdem

opera nunc nuper excussa, industria ac vigilati studio

Ambrosij Morales Cordubensis regij historici, et eiusdem

Scholij eruditissime illustrata

Et hic rex Enneco (cuius pau-

lyra

Era. 830.

14. Kl. Maij

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Virgini ac martyrum

Basilii episcopi.

Basilii item legitur fuisse episcopus in Pampilona anno Christi cir-

ca nonagesimo vicesimo quarto, quem Sanctius rex dominum suum

et magistrum sepe appellat, et praesertim in charta donationis facta Era

nonagesima sexagesima secunda, praesente Santio Gentulij abbate

Leioresi

Abad don Sancho gentilez

Era. 957. a 14. kl. April. dona. n^o. 171.

Leioresi cum monachis, qua dono dedit una cum domina Tota regina uxore sua sancto Saluatore et gloriosis martyribus Nuni Toni et Alodia, pro remissione suorum peccatorum, et suffragio animarum parentum (quorum corpora in illo caenobio sepulta esse dicit) villas sancti Vincentij et Liedena cum omnibus ^{agris} ~~ter~~ ^{minis} eorum, ac alia multa regia certe largitate digna. Donamus adhuc (inquit ibidem rex munificus) Basilio episcopo et magistro nostro calicem argenteum, ganapem, puluinaria, tapeta, equum cum sella ac freno argenteo, et alia magni precij donaria, quae breuitatis causa praeterco. Et ea omnia Basilius eps rege reginaque adstantibus statim eidem sancto Saluatore dono dedit. Et ut ipse quoque aliquid tribuisse ad haec videretur, largitus est totam decimarum partem cunctorum fructuum, quos ipse colligere poterat in valle Osselle, Pintani et Arteda. Extant adhuc et aliae literae munificentiae in eodem monasterio ab eodem rege sancto et Tota regina. Era nongentesima septuagesima, xij. Cal. Nouembris data praesente Basilio episcopo, et Sanctio abbate Leioresi cum suis monachis. Rex autem hic tam munificus putatur esse Sanctius Abarca, ut plerique omnes volunt, filius Garsiae Enneconis, et frater regis Fortunij, cui in regno successit.

et cenopium, forte,

Rey don Sancho Garcia

Galindo episcopus. in Leioresi sepultus

Inde mortui Basilij locum successit Galindo episcopus, de quo in literis donationis a serenissimo rege Sanctio Garseanes datis quinto Cal. Nouembris Era nongentesima septuagesima secunda, sic legitur: Ego Sanctius rex quum non possem salutem usquam inuenire (nisi in aede diuo Petro sacra) quae est iuxta oppidum, quod dicitur Ausonij, dono et trado eam Galindo episcopo, qui erat in regimine monachorum in Pampilonia. Hic bonus episcopus (ut alijs esset exemplo) multa donasse legitur Ruderico abbati et monachis in monasterio sancti Saluatoris Leioresis dies noctesque diuino cultui vacantibus. Et in alijs quoque literis (unde haec summam sic colliguntur) inuenitur scriptum: Ego Garsias filius Sanctij regis et Tota regina cum Galindo episcopo domino et magistro meo venio ad Leioresense caenobium, ut me Domino nostro et Saluatore mun

Era. 932. a. 12. K. man
co. Epte dno conel Rendo
Sancho y dona Toda hize
con una grandonacion
a. Salua a de Lopez
y a. Abad don 4^{to}
del dia martes al Rey,
y al dno p^otenacion con
sancti un capitulo y otros
y a. u. dona. n. 172

vatori mundi et sanctorum martyrum precibus simul et orationibus fratrum ibidem in confessione nominis Christi deseruientium commendarem, in vigilijs, ieiunijs, elemosynis, et alijs bonis operibus (quae hic Deo adiuuante fiunt) partem habere exoptans: ut et parentes ac maiores meos fecisse comperio, et confirmo donationem a domino Galindo episcopo mecum factam pro anima sua, in qua elargitur sancto Saluatori ac sanctis martyribus Nuniloni et Alodia partem decimarum omnium fructuum, quos ipse colligere potest in valle Osella. Cuius munificentiae (inquit rex pius) nos quoque hanc addimus, nempe quod donamus iam nunc eidem monasterio omnia loca, quae posthac Deo adiutore poterimus a barbaris gentibus recuperare. Ego Garsias rex et Galindo episcopus subscribimus et confirmamus hanc chartam. xvj. Cal. Martij Era nongentesima septuagesima sexta: quae extat etiam in tabulario ecclesiae Pampilonensis in libro rubeo siue redondo. In principio episcopatus huius tam praecelari viri regnabant Sanctius rex et uxor eius Tuta regina, deinde Garsias sanctionis eorundem filius.

Era. 1029. 1029 Sisebutus episcopus. seu Sisebutus in Leyreni sepulchro
 Post Galinde Pampilonensi praesuit ecclesiae Sisebutus anno Domini fere non-
 gentesimo octogesimo primo, et nongentesimo nonagesimo primo, ut liquido
 apparebit in actis publicis donationum Leiorensi coenobio factarum a regibus
 Sanctio Garseanis et uxore eius Vrraca regina, quas subscripserunt idem ipsi
 reges, et filij eorum, praesertim Garsias sanctionis cum Eximina uxore, et
 Sisebutus in Christi potentia episcopus: et praesertim in illa charta (quae
 scripta exsignataque extat in eodem monasterio Era millesima decima nona,
 et millesima vicesima nona) ubi sic subscriptum reperitur: ut supra
 praedictum est, ab eisdem rege et regina, et eorum liberis, et episcopos Extat
 et alia tantummodo charta eodem anno data in qua sic subscribit Sisebutus
 episcopus in Pampilona. Hic autem bona memoria episcopus in vltimis
 annis eorundem Sanctij Garseanis vulgo dicti Abarca, et uxoris eius
 Vrraca (qui fuerunt aui regis Sanctij Maioris, ut ex actis publicis aperte
 constat) et regis Garsiae sanctionis cognomento Tremuli eorundem filij, et
 uxoris eius reginae Eximinae fuisse censendus est. Atque haec hactenus hinc
 atque illinc carptim excerpta tradimus tibi amice lector. Sed vides iam (ni
 fallor) hos quatuor aut quinque (quorum huc usque meminimus) episcopos
 incertis sedibus vagari, quod Pampilona dominicum siue episcopium
 non esset

donat. 155. 156.

Era. 1029

non esset, cathedralem enim ecclesiam ita tum appellabant. .
 Adeo certè grassante barbarorum nequitia, pessimèq; illius gentis
 saeviente perfidia templa Christi fuerunt destructa, ut ne vllum
 quidem sedis præcipue cathedralis vestigium fuerit relictum, et
 maximè in Irunia. Propterea quum adhuc bellum esset cum hos-
 tibus nondum penitus expulsis, episcopi quoq; regem ipsum bar-
 baros persequentem comitabantur: quod hos saltem fecisse aperte
 comperies. Unde colligere licebit, verum ne sit, vulgo quod dici
 solet episcopum multos annos sedem cathedralem tenuisse in
 Leior: quum (ut vides) constet monasterium hactenus suos sem-
 per habuisse abbates, qui illius curam agerent, episcopos verò nisi
 piam locum certum (vbi sedem tenerent) delegisse.

in legunt. sepultus Sanctius episcopus et abbas. huiusmodi primus

era. 1061. privilegio
 del Rey do Sancho et
 1061. f. 3.
 era. 1060. f. 1.
 el sig. y. adon
 sancho ~~king~~
 donaci. 2. 3. 4.
 s. 126. 129.
 134. 130-136.
 137. 138. 141.
 143. 150-151.
 157.

Sanctius cognomento maior monachus Benedictinus abbas in
 Leior vita et doctrina insignis ob singularem probitatem guber-
 nandiq; prudentiam, mortuo Sisebuto creatur episcopus Iruni-
 ensis. Et hic fuit primus omnium abbas simul et episcopus: ex
 quo tempore cœpit sedes cathedralis esse in Leioresi cœnobio.
 Tum Sanctius cognomine Maior Pampilonensium, Aragonum,
 Castelle, nec non et Legionensium rex, Garsia Tremuli filius,
 quum iam à patre propemodum hostes superatos invenisset, de-
 crevit ipse quoque in primis (quàm potuit diligentissimè) reliqui-
 as eorum omnino propulsare, et regnum ab omni labe nefandæ illius
 gentis ad Dei gloriam prorsus emundare, ecclesias monasteriaq;
 grassante barbarorum saevitia devastata à fundamentis extitue-
 re eademq; grege servorum Dei, maximè autem beati patris Bene-
 dicti institutum profitentium exornare: ut cultus Dei nostri Chris-
 tianaq; religio in pristinum statum reduceretur. Id quod quantū
 poterat re ipsa iam præstandum curabat, et præsertim in cathe-
 dralibus ecclesijs instaurandis hoc efficere conabatur. Quum autè
 Iruniensis sedes videretur Christianissimo regi præter cæteras
 obruta et opis instaurandiq; indigens, concilium episcoporum, ab-
 batum, virorum principum, nobiliumq; suorum de more regum
 congregavit in Leioresi cœnobio. Xj. Cal. Maij Era millesima

Constancia Abas, Sige-
 en siglo por la donacion
 que el Rey don Sancho el
 Mayor y la Reyna Maria
 su mujer hicieron en 1063
 12. de noviembre por la
 donacion que don Sisebuto
 traxo de su monasterio
 de Leior y por la donacion
 que el Rey don Sancho
 el Mayor hizo en 1057.
 Era 1060. 12. de novy.
 eadem Abbati episcopo Sanctio
 et mo. idem Rey Sancho y
 Maria su mujer
 Este privilegio se dio
 por el Rey don Sancho
 el Mayor y la Reyna Maria
 su mujer en 1063
 del qual se ha sacado este
 traslado desta Iglesia

Hoc concilium convocatum
 in cœnobio huiusmodi
 Xj. Cal. Novembrii
 Era. M. LX. ut ostendit
 in charta etc.

consta su memoria por donacion del Rey Sexagesima
 don Sancho et Maria hecha a Era. Era. 1070. 1071.
 y por otra del Rey don Garcia Era. 1078. martes
 10. de mayo. murio episcopo ~~Sancho~~ era 1070. don Sancho el Mayor

Sexagesima, ubi coram omnibus orationem habuit plusquam lamentabilem, quæ erat huiusmodi: Audite patres episcopi, abbates religiosi, viri catholici, omnes denique quot quot adestis, audite. Quam plurima episcoporum sedes pessima gentis scruente perfidia in meis regnis (ut et ipsi testes estis oculati) iacent solo æquatæ, sine nomine et penitus oblitæ: præ cæteris vero Irunien sis manet deserta, sine tutore omnino misera, ac sine marito vidua. Quod quum venit in mentem, non possum non magno permoueri dolore, acriter ingemiscere, ac plorans plorare, ut cum Hieremia dicere ausim: Quis dabit oculis meis fontem lachrymarum, et plorabo die ac nocte? Erat enim quondam valde insignis ac vna de præcipuis, quæ erant in Tarracoen si prouincia. Hanc in primis vellem in antiquam nominis celebritatem reducere, vigilantissimaq; cura sponso idoneo maritare: ut Deo optimo maximoq; gratias saltem agam, pro tot victorijs de hostibus mihi tributis, ne parum gratus existimer. Proinde vestrum erit, regi (cuius mentem nostis) pro vestra in illi fide ac in patriam pietate de utroq; consulere. Tum re bene perspecta, maturoq; consilio pensata, laudato in primis Christianissimo regis animo, domina Maiora regina clarissima adstante, ab omnibus vno ore regi venerando responsum est, venerabunde tamen, quem admodum decebat: ut Sanctio (quem iam episcopum nominauerat) abbati magistro suo viro sancto et iusto id negotij daret, qui de tot bonis ac diuitijs, quibus super omnia alia monasteria Leiorense illud abundabat, Iruniensem sedem in pristinum statum restitueret, atq; à fundamentis extrueret. Consilium mire placuit regi: hoc enim ipsum et ille versabat in pectore. Ideo rex coram regina alijsq; omnibus abbatem ipsum (qui aderat) tanquam patrem monere, adhortariq; cepit, commendando (inquiens) tibi domino et magistro meo episcopo et abbati, ut Deo adiutore eum nostro auxilio hanc prouinciã in staurandæ sedis Irunien sis suscipias, eandemq; in pristinum statum restituendam pro viribus cures, canonicum deniq; ordinem ibidem instituas, ut ab æquissimo laborum compensatore iustoq; iudice Deo in die ire rebellionis iusti iudicij peccatorum veniam consequi mereamur. Cuius rei causa pollicor me in gratiam huius coenobij tui multa magnaq; à sanctissimo patre nostro ac orbis pontifice impetraturum. Hoc ipsum regina oesq; (qui aderant) obnixè efflagitabant. Ille (ut erat vir pius) non potuit regis regineq; mandatis, aliorumq; crebris efflagitationibus non acquiescere. Rex

Ille uerba posuit in festo
 Rex Sanctus de Sanctis Pontificis
 peloni rectoris. In 1001.
 die 5. chri. 1001.

escere. Rex

127

escere. Rex autem non contentus hac sic decrevisse, illico ibidem comitia in annum proximum Pampilonae ad tertium Kal. Octobris habenda indixit, edicto precipiens, ut omnes vita comite adessent. Vbi idem ipsum libentius adhuc (consperta tam lamentabili devastatione) constitutum stabilitumque fuit. Visa enim plus solent quam audita movere. Restamen tandiu desiderata tam alto maturoque consilio statuta optatum non est sortita finem. Sanctius si quidem eps ex

oravino Era 1030
hoc anno 1042.

hac vita descessit. xvij. Kal. Aprilis anno Christiane salutis millesimo vigesimo quarto, qui et in Leioresi sepultus ecclesia honorifice quiescit in Domino, appellatusque fuit Maior ad differentiam huius alterius, qui ei in eodem munere successit. Hic Joannes eps et Abbas.

natural de la Valle de Longnida Sanctius minor episcopus et abbas.

Era. 1078. entis suadio

in Leioresi
sepultus
de hoc Sanctio m
vite V. p. in l. y
Sanctij Ramiro
Era. 1108. fo. 5.
Era. 1179. n. 32
E. 1169. n. 107.
E. 1162. n. 108.
109. 110. 111. 112.
113. 114. 116. 119.
D. 1177. 1178.
n. 116. 117. 146.
153.

Sanctius mitissimi ingenij vir omniq; virtutum genere prae datus nat. ad de Span. prouincia por
tione Nauarrus monachus Bene dictus abbas creatus in Leior, et ad
differentiam superioris appellatus minor monachos sancte integreque vi
vire instituebat, monasterij curam pro sua ingenti providentia tam acui
rate gerebat: ut perspecta animi eius magnitudine ac sapientia Singularem
in locum demortui Sanctij Maioris omnium consensu a Christianissimo don Sancho, d. i. v. n. l. v. n.
rege Pampilonensi ecclesiae sufficeretur episcopus, eodem atq; superiori de
mandato sedis instauranda onere. Quam prouinciam suscepit quidem,
sed inuitus: ne regi videretur ingratus. Itaque effectum est, ut in ita epis
copali functione vtriusq; muneris et episcopi et abbatis rationem haberet vige
sanctissimam: donec monasterij cura sua sponte abdicata sedem pontificiam
Pampilonam anno Christi circiter millesimo vicesimo octauo transtulit,
pijsimo rege adhortante atq; instigante, quo tempore Petrus creatus est ab
bas in Leior, qui monasterij curam gereret. Quum itaq; Pampilonam
devenisset, cepit statim bona ad episcopatum pertinentia diligenter
inquirere, quorum magna pars erat ab his atq; illis contra ius fasq;
occupata. Ideo causam ante regem exposuit, tanti mali remedium
expetiturus. Tum rex ecclesiae instauranda studiosissimus veritate
(quantum potuit) diligenter perquisita cum consilio et auctoritate
filiorum, et omnium principum regni consensu quaecumque a peruersis
hominibus vi usurpata reperit, in potestatem epi diligenter restituens
da curauit. Multa praeterea donauit, et in primis villam de Pampilo
na cum eis omnibus, quae ad eam pertinebant quemadmodum rege
Sanctium cognomine Auarca auum suum conasse intellexit. Deinde

ad de Span. prouincia por
tione Nauarrus monachus Bene
dictus abbas creatus in Leior, et ad
differentiam superioris appellatus minor
monachos sancte integreque vi
vire instituebat, monasterij curam
pro sua ingenti providentia tam acui
rate gerebat: ut perspecta animi eius
magnitudine ac sapientia Singularem
in locum demortui Sanctij Maioris
omnium consensu a Christianissimo
don Sancho, d. i. v. n. l. v. n.
rege Pampilonensi ecclesiae
sufficeretur episcopus, eodem atq;
superiori de mandato sedis
instauranda onere. Quam prouinciam
suscepit quidem, sed inuitus: ne
regi videretur ingratus. Itaque
effectum est, ut in ita episcopi
ali functione vtriusq; muneris
et episcopi et abbatis rationem
haberet vigentissimam: donec
monasterij cura sua sponte
abdicata sedem pontificiam
Pampilonam anno Christi circiter
millesimo vicesimo octauo
transtulit, pijsimo rege adhortante
atq; instigante, quo tempore
Petrus creatus est abbas in
Leior, qui monasterij curam
gereret. Quum itaq; Pampilonam
devenisset, cepit statim bona
ad episcopatum pertinentia
diligenter inquirere, quorum
magna pars erat ab his atq; illis
contra ius fasq; occupata. Ideo
causam ante regem exposuit,
tanti mali remedium expetiturus.
Tum rex ecclesiae instauranda
studiosissimus veritate (quantum
potuit) diligenter perquisita cum
consilio et auctoritate filiorum,
et omnium principum regni
consensu quaecumque a peruersis
hominibus vi usurpata reperit,
in potestatem epi diligenter
restituenda curauit. Multa
praeterea donauit, et in primis
villam de Pampilonam cum eis
omnibus, quae ad eam pertinebant
quemadmodum rege Sanctium
cognomine Auarca auum suum
conasse intellexit. Deinde

Don Carino de Ifforca...
Sancho un m. res. d. de Ifforca. 4. K. febr. Era. 1084
Domingo de caruisto...
Era. 1088. feri. 6. 14. K. Decemb. qu. el Rendo
era de conu. de unaga...
moncho de...

coacta
Longnida - en la Valle de Longnida pa
timisio del obispo de...
con licencia y confirmacion
del Rey de Navarra
Martin de Domes.

coacta synodo in Irunia anno Dni millesimo trigesimo primo a senio-
 ribus iureiurando adstrictis, veritate sollicitè cōquisita reperit multa
 fuisse usurpata, quæ fuerant episcopi, et inter alia illam decaniam san-
 cta Maria de Sanmarce nuncupatam, quæ, quum esset episcopalis, de-
 tinebatur à senioribus et viris principibus. Quo cognito, rex iussit illam
 libere episcopo reddi: ut ea vteretur tanquam sua, quemadmodum Si-
 sebutus et alij epi vti fuerant. Neque hoc solo contentus rex munificen-
 tissimus donavit etiam Domino Deo et sanctæ Mariae, et episcopo cunctos
 conventui suum monasterium, quod vulgo dicitur Ellocain cum his
 omnibus quæ ad ipsum pertinebant. Ad hæc præter cætera multa mag-
 naq; incommoda, quæ diuturna temporum infœlicitas secum huic eccle-
 siæ attulit, illud non fuit omnium minimum, nempe quod haud satis cons-
 tabat de ^{finibus} ~~limitibus~~ episcopatus, quinam essent et quousque protenderentur.
 Quod malum rex ecclesie instaurandæ avidissimus re imprimis actis
 publicis, testibus deinde fide dignis adamusim cognita hoc patro notat
 ac describit. Ego Sanctius Dei gratia ac misericordia eius præueniens
 te Pampilonensium, Aragonensium seu Legionensium rex diuina ins-
 piratione compunctus, visa desolatione ac destitutione Pampilonensis eccle-
 siæ (quæ à barbaris nationibus destructa suisq; possessionibus ac priuilegijs
 destituta manebat) maxime condolui. Post itaq; quam eidem multa
 regia certe munificentia digna dono dedit: Termini huius episcopatus
 sunt (inquit) sine vlla dubitatione (sicut ego ab antiquis et sapientibus
 uiris in veritate probavi, et nunc tenet dñs Sanctius prædictus epi, et eius
 antecessores tenuerunt) de occidentis parte sicut ipsa pinna Punicasteri,
 et pinna de Marañone diuidunt usq; ad Iberum fluum: et quemad-
 modum ipse Iberus diuidit usq; ad flumen, quod dicitur Gallicum: et
 à Gallico usq; ad villam, quæ dicitur Calcones, intus stantibus villis vide-
 licet Murello, Castelmanco, Eliso, Sarracastello, Tolosana, et valle de
 Obella cum tota extrematura. Et ex alia parte sicut diuidit Vallis
 de Aragonie usq; ad Copello et ipsa valle intra terminum huius episco-
 patus stante, valle de Pintano et villa, quæ dicitur Asso et Lorbes atq;
 monasterium sancti Saluatoris de Leior, quod manet in ^{diocesi} ~~diocesi~~ huius
 sedis. Ex alia vero parte tota vallis de Roncal et Sarsaco, atq; Aeqcoa et
 Vallis de Erro usq; ad capellam sancti Saluatoris, quæ dicitur Caroli
 Magni: et à capella Caroli usque ad portum de Velate: et de Velate usq;
 ad Sandon Sebastianum super ripam maris situm, cum vallibus sub-
 scriptis scilicet Lerin, Oiarçum, Verastegui, Araxia, Orcue, Ernani,
 Seiar,

terminus ad
 episcopo

Nonciavallis.

Seiaz, Ticiar, Iraugui, Goiaz, Retcil, Leitca, Aresbo, Ezcurra, Labaien, Larraum, Arair, Larumbe, Imotz, Gulia, Sarasba, cum omnibus supra dictis vallibus et tota Ipurcoa. Et ex alia parte tota vallis de Araquil cum monasterio, quod dicitur San Marce, et cum sua ecclesia sancti Michaelis de Excelsi cumeorum pertinentijs atq Burunda usque ad Ernate, et usque ad Sanctu Adrianum: et a sancto Adriano usq ad flumen, quod dicitur Vidasso, et aliud flumen, quod dicitur Deua: et a Deua usque ad Gorci za. Ex alia adhuc occidentis parte, sicut diuidit vallis de Osuina, similiter tota vallis, quae Amescoa vocatur. Statuit etiam idem rex, vt eps Pampilonensis liberam haberet potestate constituendi presbiteros idoneos per omnes ecclesias cum consilio archidiaconi sui, quos meliores habere potuerit, et nullus teneret ecclesiam in toto episcopatu nisi per manum eiusdem epi. Et clerici donent de omnibus decimis (quas acceperint a parochianis suis) epo quartas sine vlla fraude et absq hominum contradictione. Quod Celestinus. ij. Romanus pontifex postea Lupo epo confirmatum tradidit. Atq haec haltenus sunt ex literis Sanctij regis, quae extant in libro rubeo, quem vulgo Redondo vocant.

ats Hallin.

+ (Vides quam antiqua res est archidiaconus in hac ecclesia, vt latius paulo post dicitur)

Hanc terminorum descriptionem Urbanus. ij. pontifex maximus cum alijs, quae in illius diplomate explicatius enarrantur, rogatus a Petro Pampilonensium epo confirmat, his quidem verbis: Sane fines episcopatus tui quemadmodum authenticis scriptis continetur, in his videlicet, quae Pampilonensis ecclesia a rege Sanctio Maiore habuit, qui diligentius perquirendo saepe dictae ecclesiae et alijs quam plurimis ea (quae sui iuris fuerant) diu quorumdam prauorum hominum vexatione perdidit, fecit restitui. Fines itaq episcopatus Pampilonensis sunt a Pinna Punicastri usq ad Iberum flumen, ab Ibero usq ad flumen Gallicum, a Gallico usque ad Calcones, stantibus intra hos terminos ecclesijs de Aguero et Murel, et super Caesar augusta, et de Luesia, et de Vno Castello, et de Sos, et alijs multis: et a Calcones usque ad portum sanctae Engratiae, et ab illo portu usq ad Velatum, et inde usq ad sanctum Sebastianu in ripamaris. Hos inquam fines tam tibi, quam successoribus tuis perpetuo possidendos presenti decreto sancimus: salua sedis apostolicae auctoritate

solica autoritate: quidquid praterca in futurum Pampilonensis ecclesia largitione regum, comitum, aut principum, seu quorum libet oblatione fidelium Deo volente legitime poterit adipisci, tibi tuisque successoribus ratum semper integrumque permaneat, decernimus. Datum apud beati Pontij monasterium per manum Ioannis. s. Rom. ecclesie diaconi Cardinalis. viij. Cal. Iulij indictione. iij. incarnationis Dominice anno millesimo nonagesimo septimo, pontificatus autem dñi Urbani. ij. pape nono. Constat itaque iam sedem cathedralis Pampilonam redisse, et episcopum ibidem solitum residere. Quod clarius adhuc apparet ex literis Garcia regis filij Sanctij Maioris, qui sic ait: Ego Garcia Dei gratia rex dono pariter et concedo monasterium, vulgo vocatum Anoz, quod adluit flumen Arga cum omnibus suis pertinentijs ad integrum pro remedio anime mee sedi episcopali, que est in honorem beate virginis Mariae apud civitatem, que nuncupatur Irunia, ut ipse eps, qui nunc est nomine Sanctius, et successores eius teneant. Facta charta die Paschalis Resurrectionis. xij. Cal.

Era millesima octogesima quinta. Obijt autem hic bone memorie eps non instaurata ecclesia. v. Cal. Februarij anno Christi circiter millesimo sexagesimo, sepultusque est solenni ritu in Leiorensi coenobio. Nolo autem te quidquam moueat, amice lector, si uspiam offenderis de hoc ornatisimo presule mentionem factam anno Christi etiam millesimo sexagesimo nono, quod nec nos quidem latuit: sed hanc sequuti sumus rationem utpote veriore, propterea quod Ioannes inueniatur tam crebro inscriptus eps Pampilonensis, in serie annorum usque adeo longa, nulla alibi de Sanctio interiecta mentione. Præsuit denique hic Sanctius minor ecclesie Pampilonensi tempore regum Sanctij Maioris, Garcia filij eius, et Sanctij nepotis.

Ioannes episcopus.

in Leior. sepultus

et abbas Leior.

Era. 1076.

entis encl. dñs. Ioannes episcopus (quem puto fuisse monachum Benedictinum quem abbas officio fungeretur in Leior Belasio priore sub eo) in episcopali functione successit in Irunia: Sanctio adhuc ipso in humanis agente, Hippaly de Xi aut forte iam capulari sene ut in literis regie munificentie anno Christiane salutis millesimo quinquagesimo septimo et millesimo quinquagesimo octavo datis exsignatisque reperies eum sic semel atque iterum subscripsisse. Ego Ioannes eps in Pampilona et Leior. Item anno millesimo sexagesimo Sic subscribit eps dñs Ioannes in Leior et sub illo Belasius super congregatiōne mona.

Aqui don sanch. 2º. retis fue dypus dñon sanch. 2º don sanch. 2º

Era. 1102. Don. 169.

Era. 1104. Don. 167

Era. 1106. Don. 165

Era. 1101. Don. 135.

Era. 1102. Don. 154

Era. 1109. Don. 153

Era 1064. doni VvraK

donati. 57 / fortalis

1094 - / donat. 120 - 121.

Era 1096. 1095 / don. 123

9º. 1102. Don. 124

Era. 1104. 7

Era. 1095. don. 125.

Era. 1094. Don. 127

2º don sanch. 2

Era. 1106. Don. 131.

Era. 1098. Don. 132

2º. 1104. Don. 139

Era. 1076. don. 140.

Era. 1102. Don. 142

pienda - n.º 140

Era. 1102. don. 147.
Era. 1063. vel. 1093. don. 148.

Era 1117. Don Garcia hermano del Rey don Sancho
Obispo de Pam. Jaca don. 15.

Era. 1113.
Belasius, seu Belasius
don. n. 144-145.

149-168. 133-
128-7

Era. 1114. don. 128
Era. 1114. don. 133
E. 1113. don. 144

Savida del dicho don
Juan parece por esta donacion

del Rey don Sancho
Era. 1102. / en este

ano murio, y parece
ser Abad, y Obispo

don fortuino
por la donacion. 54

del Rey don Sancho
a Leyre fue. 1110.

Era. 1116. suena
do Juan Obispo. Abad

en la donacion. 57
este don Juan fue

Era. 1117. parece
por la donacion

de Manica. 59
que don Garcia

era obispo. Abad
y Obispo de Leyre, y Obispo

por la sigla. 60
Era. 1118.

Era. 1123. suena
Raimundo Abad

clero por festivo
Abad de Comeras.

donacion. 62.
Era. 1135. memoria
del Obispo don P. donaci
on de Leyre. 90. - dem
Era. 1136. n. 97
donacion q hizo Era. 1136. n. 98

hione monachorum. Et alibi subnotat Ioannes eps, Navarrensiu eccle
sia rector: et alibi Ioannes eps nunc in Pampilona, nunc in Irunia.

Hunc Sanctius infelicitissima sorte Penalen nuncupatus patronum
suum et virum illustrissimum appellare solet. Quae omnia cumula
tius extant in libro Redondo, quem tam crebro citamus. Rexit deniq
q Pampilonensem ecclesiam usq ad annum fere millesimum septua
gesimum, ab anno siquidem mille. sexagesimo octavo nulla fit men
tio de eo. Vita deniq laudabiliter transacta obiit. v. idus Maij, sepul
tusq est celeberrimis pro eo funebribus exhibitis in Leioresi coenobio.

Regnabat adhuc serenissimus ille Sanctius Penalen nepos Sanctij Alui
oris et Garcia filius. Era. 1110. don. 145 / Obiit.

Belasius episcopus.
Belasius siue Blasco monachus Benedictinus (qui fuerat prior in Leior)

Ioanne viro defuncto, creatur episcopus: anno enim mille. septua.
primo se Iruniensem inscribat episcopum, et ex illo multis in locis
usq ad annum millesimum septuagesimum sextum sic subscriptus
invenitur: Belasius episcopus in Pampilona, et alibi Blasius eps in
Irunia, et aliquando Blasco episcopus in Leior, de quo quid aliud
potissimum scribendum videatur, non reperio. Ex hac denique vita.
decessit anno ab orbe redempto circiter millesimo septuagesimo sexto,
et in illo suo Leioresi coenobio sepultus fuisse commemoratur. Sere
nissimus autem ille Sanctius (qui praecipuus deiectus fuerat in Penalen)
lamentabiliter periisse eodem anno scriptum inuenitur.

Petrus episcopus. Anno 1091. num. 77.
Petrus natione Gallus patria Ruthenensis (qui erat monachus insti
tuti Benedictinorum in celeberrimo sancti Pontij Thomeriensis monas
terio) ob insignem vite integritatem a Sancto Nanimiro Pampilonen
sium et Aragonensium rege rogatus, ut dignaretur esse Iruniensis eccle
sia eps, crebrisq efflagitationibus lacepsitus in demortui Belasij locum
eidem praeficitur eps anno Christi millesimo septuagesimo septimo, tametsi
nolens. Rogando enim cogit, qui rogat potentior. Et quam consecratus
sua cathedralem venisset (ut concedito sibi muneri hominumque dese
xpectationi satisfaceret) primum omnium ex toto clero optimos delegit,
ad exequendum opus destinatum, collegas, quos sancte religioseq uiuere
docuit. Vbi vero eos ad institutum opus satis bene informatos, utraque

donacion que el Rey don Sancho regulari
Ramirez hizo Era. 1129. num. 77-
por donde consta la rigua de esta iglesia
y queza Leyre tenia su Abad, Pam. su Obispo.

Belasij Era. 1109. 2. 158
Era. 1113. 2. 161.

Era. 1113. do. 168.

Don Joan Abad de Leyre, Obispo de Pam -
ano. 1055

consta por una donacion del Rey don Sancho y
del Abad Obispo de Pam. don Joan sus sucesores de Leyre
Era. 1093. 6. h. Nouem
fiesta que el m. facienda
dedicacion de V.

don Era. 1096. por
la donacion de Garcia
Blas qz

don Era. 1098. por
la donacion de Ximena

don Era. 1101. por la
del Rey don Sancho. y de
donna Toda Obispo.

don. 1102. por sta de
Garcia Ximenez. et Xime
na Garcia.

idem. 1104. por sta del
Rey don Sancho. y sta de
donna Sancha de Aviz

idem. 1106. Garcia Aceiz
hacem Bet, reperit quidem templu
cum claustris (quale quale
tunc potuit) urbe in deditionem
Christianorum veniente amditu.

Sed tamen ipse rei in pristinum
statum restituende dicatus, maio
ra auspiciaturus (ut amredito
B. J.)

Petrus Episcopus huius nominis primus. ~~San. 1110~~

donaco. 6. 7. 8. 9. 11. 14

12. 16. 17. 18.

19. 20. 21. 22.

24. 40. 63. 68

72. 163. 39

40. 41. 44

48. 51. 73.

80. 90

Abbas donatus. dias. Saturnino de Blosa la

iglesia de Blosa. primicias de Blosa. siendo

Rey de Navarra. Aragon de Sancho Ramirez

200 u 30

regulari colenda non ineptos agnouit: canonicum ordinem secundum regis
tam à beato patre Augustino institutam in ea fundandam censuit. Quod
ut commodius efficere posset, voluit uti sapientum consilio, quemadmo-
dum ipse de honore canonicorum Pampilonensium scriptum reliquit,
cuius hic inter serimus verba in codice antiquissimo reperta, quæ sunt
huiusmodi. Sæpe videmus, quod (quum peruersi honorem adipiscuntur)
ea, quæ prædecessores sui causa pietatis fecere, subuertere conantur: ma-
ximè verò quum uel testes moriuntur, uel antiquitate sunt tradita
obliuioni. Propterea Petro Pampilonensium episcopo placuit (qui primus
regularem canonicam in eadem sede constituit) uti consilio et iuari
autoritate sapientum virozum, domini in primis Sanctij Pampilonens-
sium et Aragonensium regis, deinde abbatis Sancti Pontij, auxilio
item prioris Sancti Saturnini de Tholosæ, nec non Auxien-sis etiam
archiepiscopi, et abbatis Sancti Saluatoris Leioensis, et Sancti Loani-
nis de Pinna, et Iaccensis ac Rothensis episcopi, multorumq; aliorum
religiosorum virozum: quatenus posteris scriptum in perpetuum reser-
uaret, qualem honorem regularis congregatio beate Mariæ sedis Pam-
pilonensis absq; ulla inquietudine possidet. Et quia considerauit, quod
eos (qui uolunt pura mente Christo adherere) non decet victu et ves-
titu egere, dedit eisdem canonicis et ecclesie honorem, unde victum et
vestitum haberent, claustrumq; ac domos construerent, unde etiam pau-
peres pascere, ita dicens: Notum sit hanc chartam legentibus uel au-
dientibus, quod ego Petrus Pampilonensium eps canonicis regulariter
uiuentibus in eadem sede tam presentibus quam futuris ecclesiam
beate Mariæ ipsius sedis liberam dedi cum suis primitijs ac decimis,
cum sua radice et cum omnibus, quæ ad eam pertinent uel ~~antea~~ ^{postea}
pertinuerint. Adieci etiam ad uictum canonicorum archidiaconatum,
qui circuit urbem Pampilonam, et molendinum superius et inferius
ad claustrum faciendum ac domos. Dedi quoq; ecclesiam de Tafallia,
sanctumq; Romanum cum valle de Orba, et Cabalce tam, ecclesiamq;
de Ouanos, cum valle de Itcarbe: linum quoq; de quartis (quod est ius
ris episcopalis) ad uictum constitui. Decimam uero decunctis reddi-
tibus ecclesiarum totius episcopatus et de omnibus, quæ eps et canoni-
ci habuerint, ad elemosinam tradidi. ~~Atq;~~ hæc hætenus ex illo coali-
ce sunt. Quum itaq; de archidiaconatu (qui circuit urbem Pampilonam) sit hic
facta mentio, non omnino ab re futurum arbitror, si à primordio paucis præstin-
xero, quam antiquum sit nomen archidiaconi in ecclia Dei. Constat namq; (ut
hinc incipiam) apostolos Iesu Christi Dni nri Hierosolymis creasse septem di-
aconos Spu Sancto plenos, qui seruirent mensis, qui uiduarum et pauperum
rationem haberent, qui elemosinas et fidelium oblationes colligerent: ut haru-
rerum cura ijs demandata, ipsi uerbo Dei disseminando sacramentisque mi-
nistrandis liberius intenderent. Beatus quoque Petrus (quum primum sedem
pontificiam Romæ locauit) constituit ibi etiam diaconos, tamen si de nume-
ro eorum non constat. Euaristus tamen imitatus apostolos fecit septem, qui
epo concionati adessent, tanquam ueritatis eius doctrine testes, quorum quem-
uis pro officij commoditate duabus regionibus præfecit. Instituta siquidem erant
tum quatuordecim diaconia sine diaconales ecclesie. His Fabianus crescente

ef

manus a m

l
e
p
d
h
n
p
c

—H—
Instituta siquidem erant tum quatuordecim diaconis sine diaconales ecclesie.
Hic Fabianus crescente christianorum numero alteros septem adiecit ut sua
quisque sorti præficeret, ac unum ex illis archidiaconum creavit, qui (ut
nomen indicat) inter eos esset princeps et veluti caput cardinalis quoque, cuius
arbitrio omnia fierent: unde diaconi cardinales ortum habuerunt. Adeo autem
paulatim crevit archidiaconi dignitas ut Pontifices morituri res ecclesie
ipsi commendant. Quod sanctus Pontifex Cornelius (quem ad marty-
rium ducetur) fecisse apparet, nam Stephano archidiacono suo ecclesiam
eiusque bona commisit. Lucius item primus instante martyris eidem
Stephano gregem sibi concredidit commendavit, qui et in pontificatu suc-
cessit, nam post hunc Stephanus creatus est pontifex. Quid hic
Sextum. ij. Commemorari qui Laurentio archidiacono thesaurus eccle-
siae pauperibus distribuendos reliquit? Deinde vero christiani populi
multitudine ad aucta, ^{in mense} messes Domini longe lateque per orbem disseminati
nata, in ecclesiis quoque cathedralibus creati sunt archidiaconi, qui et
Chorepiscopi et ductores sive oculi eius et dicuntur et sunt, nam
cuncta per episcopatum circumspicientes vigilantissime debent prævidere
et corrigere, aut corrigenda episcopo proponere. Quorum munus (quomodo
iniure satis late pateat) tacitus prætereire satius duxi quam rem-
tantæ auctoritatis paucis contaminare. Hinc colligere poteris archi-
diaconorum institutionem in hac quoque ecclesia antiquam fuisse, septemque
que inuenies creatos ad imitationem illorum septem diaconorum
quos ecclesia in primis Hierosolymitana ex apostolorum institutione
habuit. Et inter hos duos sunt primorum alter victui ministrans,
alter vestitui præfectus est unde illum quidem mense, hunc vero,
Camera canonicorum archidiaconum nuncupant. Deinde creatas
sunt alia munera: siue dignitates dixeris siue officia, quibus sua cuique
functiones tributa sunt. De ^{Priore} ~~Prætorio~~ autem eiusque creatione nihil hic
videtur seorsim dicendum, quum ipse sit omnium sine controversia
post episcopum primus et præcipuum caput totius senatus siue capituli, ac

Religionis

Religionis custos ab ipso statim ecclesie imtio institutus quod Pon-
 tificum Romanorum diplomata testatur aperte, factum est itaqz ut epus
 haberet secum in ministerio ecclesie duodecim (ut dicunt) legimitates, et ad
 Christi ac apostolorum eius instar resideret in sua sede cum duodecim
 illis felicitissimis viris. Dignitates siquidem in ecclesijs Cathedralibz
 (ut bene docet sacra Tridentina Synodus) ad conservanda augendamqz
 que ecclesiasticam disciplinam sunt instituta, ut qui eas optinent pietate
 precellant alijsque exemplo sint: atqz Epum opera et officio adiu-
 ventur si muneri suo respondere velint. Sed de his satis, nunc
 iam tandem ab institutum redeat oratio. itaqz tam precipuis
 rei bene gerende primordijs sancte Sapienterqz Constitutis ammu-
 appulit, ut ab ipsis primis fundamentis ecclesiam illam (qua
 penitus solo aequata fuerat) sub antiqua inuocati nomenque Absura
 ptionis Virginis Maxie,

Petro Ep

Nihil deest

ab Era. 1136. Item vel hic, vel alijs Petig. Donat. 2-3. 13. 15. 21. 23. 25. 26. 27. 28.
 Bullam Inno- 29-30-31. 33-34. 35. 36. 37. 38. 42. 43-45. 46. 47. 49. 50. 52-53.
 centij. 3^a firmati- 54. 55. 56-58. 59. 60-61. 62. 63. 66. 67. 69-70. 71. 74-75. 76-77. 78. 79.
 lictiarum 81. 82. 83. 86. 88-89-91. 92. 96. 99. 100-1001. 1002-1003. 1004-1005
 1006. 118. 119. 1062. 1070. Era- 1140. Don. 164

Delays obpo in trumia Era 1110. donacion de don Ramiro.
en la hyst. de don Sancho el de Ramiro

Mariæ extrueret. Cui quidem operi tam serio dabat ille operam: ut
 tam præclaris cœptis progressibusq; visis rex Christianissimus
 incredibili delibutus gaudio decreuerit ipse quoque pro viribus
 aspirare, et episcopum nouosq; canonicos magnis priuilegijs ho-
 noribusq; condècorare ac adaugere. Permittente enim, imo etiam
 consentiente filio Petro (qui viuente adhuc patre regnabat in Sus-
 perarui et Ripacurtia) confirmauit omnia à maioribus suis Pam-
 pilonensi ecclesiæ concessa: ut ea (Petrus ep̄s et canonici Sanctæ
 Mariæ, nec non et qui ijs succederent) perpetuo tenerent ac possi-
 derent. Neq; vero hoc solo contentus destitit, sed inter alia non
 pauca, hæc etiam donasse comperitur, nempe villam Pam-
 pilonæ nunc vulgo la Nauarrerria vocatam, quæ postea
 multos annos sub ditione ep̄i et canonicorum fuit, quemadmodum
 ex multis literis in archiuio ecclesiæ adseruatis a parte constare
 poterit. Constitui etiam (inquit idem rex) ut presbyteri ecclesiæ
 rum, quæ sunt in circuitu sedis posita, et quæ possunt uidere ipsam
 matrem ecclesiam aut campanas audire, veniant ad Ramos
 ad eam, et in Sabbato Sancto ad baptisterium cum alijs compres-
 byteris, et ad Istantias in feria quarta Rogationum, feria vero
 tertia in ipsis litanijs non fiat mercatum. Stabiliui etiam et con-
 firmaui ad honorem Dei, ut in Assumptione beatæ Mariæ ex
 toto episcopatu veniant ad ipsam gloriosam festiuitatem tibi
 celebrandam. Quicumq; vero aduenientem ad hoc festum aut
 redeuntem iniuria affecerit, aut pignus abstulerit: persoluat
 regi et ep̄o nonaginta solidos. Hæc acta fuere Pampilonæ anno
 Christianæ salutis millesimo octogesimo septimo. Quæ filius eius
 Petrus (qui iam regnabat in Ripacurtia) non solum rata habuit,
 sed addidit adhuc hoc, nempe quod donauit ep̄o et canonicis tam
 presentibus quam futuris unam petiam terræ in ea parte, quæ di-
 citur Labeate, sitam: ad faciendum molendinum ad opus sanctæ
 Mariæ, quæ literæ datæ fuerunt anno Christi millesimo octogesimo
 nono. Sed rex adhuc Sanctius ipse Ramirez ecclesiam muneribus
 condècoraturus sic ait: In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis
 patris et filij et sp̄s sancti anno ab incarnatione Dñi. Mxcj. Ego
 Sanctius Dei gratia rex Aragonensium et Pampilonensium unā
 cum filio meo Petro auxiliante diuina clementia cœpi edificare
 castrum, quod placuit vocari super Casaraugustam, ad destruc-
 tionem Sar-

tionem Sarrazenorum et dilationem Christianorum. Et elegi Petrum Pampilonē ep̄m ad faciendam tibi ecclesiam in honorem .S. Petri apostolorum principis, quæ semper sit iuris sanctæ Mariæ Pampilonensis ecclesiæ, et in potestate prædicti ep̄i et successorum eius. Hæc satius continentur in illo libro Nubeo siue Redondo tam sæpe citato. Et hæc est illa ecclesiæ vulgo del Castellar de Caragoca nuncupata, unde et decimas et paria recipiebat ep̄s. Quum itaq; res instaurandæ sedis tam foelici ter cederent: episcopus (qui suo munere tam egregiè fungebatur, opusq; ecclesiæ tam ex animo instaurabat) non potuit maximum orbis pontificem de his certiore non facere. Quibus cognitis, ille Pampilonensem ecclesiæ iam ferè instauratam in suam fidem recepit, sanctæq; Romane ecclesiæ protectione munivit, sic in quibus: Urbanus .ij. ep̄s seruus seruatorum Dei dilecto fratri Petro Pampilonensi ep̄o et successoribus eius salutem et apostolicam benedictionem. Tuis frater charissime atq; in Christo reuerendissime postulationibus exorati Pampilonensem ecclesiæ (cui tu Deo adiuuante præsidēs) per præsentis priuilegij paginam apostolicæ sedis autoritate munimus. Ipsam itaq; ecclesiæ cum vniuersis, (quæ sui iuris sunt) ab omni potestatis secularis iugo liberam fore sancimus. Et post multa sic concludit: Datum apud beati Pontij monasterium per manum Ioannis .S. Rom. ecclesiæ diaconi Cardinalis. viij. Kal. Iulij indictione .iiij. incarnationis Dominicæ anno millesimo nonagesimo septimo, pontificatus autem Dni Urbani .ij. papæ nono. Hoc idem concessit et Paschalis .ij. eidem Petro ep̄o scribens his additis: Canonicam quoq; regularium clericorum (quam tua strenuitas à fundamentis extruxit, et bonorum plurimorum collatione ditauit) ab omnium hominum infestatione liberam esse et quæq; illi à tua benignitate collata sunt, integra permanere decernimus: decimas de termino Casar Augusta ciuitatis et paria, siue de terris Sarrazenorum tuo episcopatu adiacentibus, quas à regibus et principibus impetraſti, vel impetraueris, tibi ac successoribus tuis confirmamus. Datum Romæ per manum Ioannis .S. Rom. ecclesiæ diaconi Cardinalis. iiij. nonas Martij anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo, pontificatus dñi Paschalis .ij. papæ anno primo. At vero quam vigilantissimus ep̄s videret se opus incoepisse immensi laboris maximiq; impensi, certo cognouit se unum tanto operi absolueno sufficere non posse. Proinde confratrem sanctæ Mariæ indulgentijs concessis instituendam curauit, ut vel his spiritalibus stipendijs Christi fideles adhortaretur instigaretq; ad ferendum ecclesiæ construendæ tant

toq; operi

toque operi perficiendo opem, et manus (ut dicunt) auxiliatrices ostendendum. Quam etiam institutionem idem Urbanus .ij. confirmavit, ut erit videre in eiusdem diplomate ad preces Petri Ramiri Pampilonensium et aragonensium regis anno Dni millesimo nonagesimo nono concessa, quod sic incipit: Urbanus eps servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro regi Aragonensium et Pampilonensium salutem et apostolicam benedictionem. Notificatum est nobis qualiter Pampilonensis sedes per instantiam Charissimi filij nostri Petri eiusdem sedis epi, deinde tam tuo quam auxilio bone memorie patris tui, aliorumque bonorum virorum restituta sit in melius, tum religione clericorum regulariter viventium, tum edificijs congruentibus ad Dei servitium, multisque alijs ecclesiasticis bonis. Proinde (quia magnus instat labor ad construendam ibi novam ecclesiam) pie exhortando bone devotionis tue rogamus charitatem ceterorumque bonorum Christianorum illius regionis: Ut pro salute animarum vestrarum adiutorium ad edificandam ipsam ecclesiam impendere satagatis, quatenus tam vos quam quicumque in confraternitate eiusdem ecclesie adscripti fuerint, meritis beate Dei genitricis Marie atque apostolorum Petri et Pauli nostraque apostolica absolutione et benedictione omnium vestrorum mereamini percipere veniam delictorum. Possessiones vero eiusdem ecclesie (quas hodie habet aut in futuro Dno largiente est habitura vel a te vel a successoribus tuis) prefate ecclesie et epo ac successoribus eius confirmamus in perpetuum. Datum Beneventi. iij. no. Martij. Obijt autem hic tam felicis recordationis pontifex Rome. iij. Cal. Augusti anno eodem. Cui successit Paschalis. ij. qui eadem concessit Tiburi pridie no. Iunij, Alfonso Pampilonensium Aragonensiumque rege (qui fratri Petro sine liberis defuncto successit) obnixae summissoque animo efflagitante anno incarnationis Domine millesimo centesimo decimo quinto, pontificatus autem eiusdem dni Paschalis anno decimo sexto. Petrus tamen memorande memorie eps operi iam pridem capto, non tamen omnino absoluto structuraeque templi posuit finem post multas impensas anno Christi millesimo centesimo: quod et inscriptio in lapide super liminari utriusque porte eiusdem templi literis incisa aperte indicat, tamen si tota legi non potest, quod lapis ille primus duobus in locis sit prefractus, quae est huiusmodi: Viri
 perfractus. ginis

ginis **Le** s praesul Sanctissim^{us} Franc rexit, sedē Petrus istā fecit
 et eadē. Ex quo sancta pia domus est incepta Mariae. Tempus pro-
 tentum fere annos millecentum, Ex incarnati de Virgine tempore
 Christi. Deniq; postquam multa (quae erant huius episcopatus) resti-
 tuere conatus est, recuperavit anno Dñi millesimo centesimo primo sex
 illas ecclesias, iam olim ab episcopo Laccensi contra ius fasq; occupatas has
 nempe, Elis, Castelmanc, Sarracastel cum suo domi natu, Tholosana,
 Aguer, Murel. Quam etiam receptionem confirmarunt supra dicti Rom-
 mani pontifices. Quum vero cognitis Tholosatum inter se factionibus
 eo proficisceretur ad sedandas eorum inimicitias, reperit tam ingentem
 inter eos obortam seditionem, ut iam manus conferrent, ut lanceae, sa-
 gitte simul et saxa utrinque volarent, et alij alios plusquam hostili gladi-
 orioriq; animo trucidarent. Tum bonus eps Christianae concordiae
 avidissimus obijcit se in medias armatorum acies, pacem inter eos
 compositurus. Vbi quum nunc hos nunc illos obsecraret obtestareturq;
 per Christum pro omnibus crucifixum, ut ab armis cessarent:
 ictu lapidis graviter in capite percussus intra quinque dies seuisimo
 cruciatus martyrio (venia in primis percussori data) diem clausit feli-
 citer extremum. Vj. Idus Octobris anno ab orbe redempto millesimo cen-
 tesimo decimo quinto: quum sedisset in cathedra episcopali annos duos
 de quadraginta, quod praecedentia manifeste indicant. Fuit enim
 creatus eps tempore Sanctij Ramiriz, obiit vero Alfonso Sanchez post
 patrem fratremq; regnante.

Obijt ann 1115
 Era. 1153.

Guillelmus episcopus. Obijt ano 1142. Era. 1180 / dona. 84. 1158.

Guillelmus natione Gasco Petro in episcopatu successit: qui ubi vidit
 templum miro operosoque labore cura et industria eiusdem Petri ex-
 tructum, nec non plurimis opibus dotatum, ipse quoque pro viribus (quae
 eam regendam suscepisset) adauxit, et decore haud vili ornatum collocu-
 pletavit, praesertim quod pavimenta in primis breui stranda et sacella
 septis ferreis munienda curavit. Deinde reliquis (quae ad ecclesiam bene-
 gerendam pertinere videbantur) sancte sapienterq; institutis ad Al-
 fonsum regem belligerendi strenuissimum Mauros ubique non solum
 persequentem, sed fundentem etiam ac trucidantem, comparata ex-

dona. 85. 1149
 dona. 93. 1159
 dona. 87. 1154
 dona. 95. 1154
 dona. 94. 1159
 dona. 97. 1158.
 dona. 98. 1155.

gente Nas

gente Nauarrorum manu satis magna, suppetias iuit. Quo tempore
 rex animosus multas Vrbes ac oppida ui cepit, et ab hostibus vel cœ-
 sis vel fugatis recepit; nempe Tutellam, Turiasonem, Bisbilim, Ex-
 eam et celeberrimam Casaraugustam. In cuius expugnatione Guil-
 selmus (qui erat dux Nauarrorum) primus suos muro admo-
 uit, cumque ferit ariete crebro, fit deniq; via vi satis plana, qua
 pateret aditus in Urbem. Tum Guillelmus cum suis magno im-
 petu invadens ingreditur, quem statim reliquus exercitus sequitur:
 et expugnata Vrbs vi capitur, sancta q; fidei ac pristina religio
 ni restituitur anno Christi. M c x viij. ut testatur Carolus Jere-
 nissimus ille Nauarre princeps. Et in huius victoriae memoriam
 ibidem ad eundem diuo Michaeli sacram exstructam (quæ San. Miguel
 de los Nauarros etiam nunc dicitur) post Carolum principem Pe-
 trus quoque Antonius Beuter asseuerat. Et ob hoc ingentis animi
 rex Guillelmo ep̄o et sancta Maria Pampilonensi donauit Stel-
 lam Nauarre oppidum, et ecclesiam beatæ Magdalena, quæ est
 Tutella. Cuius hic interserimus verba (ut certiore faciant fidem)
 ex libro Rubeo siue Redondo desumpta: Ego Aldefonsus gratia
 Dei ac misericordia Aragonensium et Pampilonensium rex
 dono et concedo Dño Iesu Christo, et sancta Maria Pampilonen-
 sis ecclesie, et dño Guillelmo ep̄o eiusq; successoribus ecclesiam san-
 ctæ Mariae Magdalena de Tutella cum omnibus suis pertinentijs,
 quæ ad eam pertinent vel pertinere debent, et cum sua parochia
 ac decimis, baptisterio et sepultura de sua parochia: et dono illam
 ecclesiam prædictam Sancta Maria de Pampilona pro remissione
 peccatorum meorum et parentum meorum, et propter laborem et
 seruitium, quod mihi prædictus ep̄s fecit in obsidione Casaraugus-
 tæ, Tutellæ et Turiasone: in cuius uidelicet obsidione istud donum
 feci, et hanc chartam confirmari: quam etiam idem suo signo regio
 signauit. Post hæc tranquillatis aliquanto magis temporibus reuer-
 sus ad suam sedem (facta copia à rege) bonum egit pastorem, egre-
 gièq; suo munere functus est. Obijt tandem hic bonæ memoriæ ep̄s
 viij. idus Februarij anno Christi nati millesimo centesimo vigesim-
 o secundo, sepultusq; est in eadem sede in loco (qui dicitur Conuent)
 nunc uero capella Barbazani, et hic est primus episcoporum, qui
 in hac ecclesia sepultus inuenitur. Rexit hanc sedem, ut constat
 ex præcedentibus tempore Alphonsi Sancti regis.

Sanctius

Sanctius eps.

Guillelmo vita defuncto, Sanctius de Rosas natione Aragonus creatus episcopus, quum suscepisset ecclesiam regendam, inuenit eam mi-
ro iacto fundamento, opereq; satis praclaro à gloriosissima memoria Pe-
tro epo extructam, plurimisq; opibus ditatam: et post eius obitum à
bonae memoriae Guillelmo episcopo aliquanto magis adauctam, et pro
sua virili oratione adhuc decore praeditam. Post horum uero eximio-
rum praesulum depositionem, hic vigilantissimus artifex (de quo nunc
agimus) quae tum deesse videbantur, perfecit: eandemq; plurimis
episcopis, abbatum multitudine, innumeraq; populorum turba, ipso
etiam gloriosissima memoriae Aldephonso rege praesente consecra-
uit anno Dni. M C X X vij. Et in veneranda huius consecrationis
solenitate idem serenissimus rex praeter alia multa magnaq; regia
nimirum munificentia digna donauit eidem ecclesiae ueluti in conse-
crationis dotem villam quae dicitur Artica cum termino suo Candua,
et cum omnibus pertinentijs, quae iuri suo regali pertinent, uel pertine-
re debent. Quam villam cum termino et omnibus alijs statim eps
munificentissimus canonicis suae ecclesiae donauit, reseruata sibi
portione decem casiciorum semen capiente. Deinde quum Christi-
anissimus eps cultui diuino propagando, ac pietati uel (ut sic dicam)
deuotioni fidelium augenda studeret, non inanis gloriae cupiditate,
non honoris huius mundi ambitione, sed desiderabilem Dni uocem
cupiens audire: Venite benedicti patris mei: sancti Spiritus inspira-
tione, atq; gloriosissimi dni regis Pampilonensium et Aragonensiu
Alphonso assidua exhortatione, et ipsius auxilio ac principum, mul-
to etiam utriusq; sexus suffultus adiutorio fecit domum ad receptio-
nem peregrinorum in vertice montis (qui dicitur Roncas valls) iuxta
capellam Caroli Magni inclyti regis Francorum: in quo (ut incolae
testantur) multa milia peregrinorum perierunt, alij à turbine niui-
um suffocati, alij uiui ^{à lupis inuadentibus} ~~ab impetu luporum~~ deuorati. * Constituit quoq;
ibidem confratram pontificum, abbatum, clericorum siue laicorum,
in festo sanctorum martyrum Cirici et Iulitae, quod est. X Vj. cal.
Iulij, hodie tamen fit congregatio Dominica statim sequenti. Sed
postquam ecclesia (ubi nunc est) condita fuit, propter loci commodi-
tatem (quia prior ille situs in vertice montis erat asperior) Xenodo-
tium quoq;

* Quam nimirum domum
Immoentius. 2. sanctissimus in
Christi
terris bicarius in S. Petri apli
ac suam fidem recepit, simul
et apostolico priuilegio commu-
niuit, in indulgentijs elemosinas
eidem largientibus concessis, regis
et alijs iunxit, ut ad perse-
tuam eiusdem domus suscipien-
tionem suam prohibitiuam opem
ferrent. Constituit

Etiam quoque constructum fuit iuxta ecclesiam ubi nunc est. In
 vertice autem montis iuxta oratorium .s. Salvatoris (quod
 dicitur Caroli Magni) hospitale primo conditum fuisse, vetus-
 ti parietes, aedificia iam pene collapsa, et alia idgenus signa, qua
 etiam nunc visuntur, a porte satis declarant, rumorq; publicus
 confirmat. Et ad commodam huius hospitij sustentationem
 atq; ad aliquantulam peregrinorum illac transeuntium refec-
 tionem multos ecclesiasticos redditus eidem hospitali dono dedit
 perpetuo possidendos, cum consilio et consensu prioris et cano-
 nicorum sedis suae Pampilonensis, fauente etiam rege Garsia Ra-
 nimiro, et collaudantibus principibus regni: quae omnia latius
 reperies in charta institutionis in archiuo ecclesiae adseruata.
 Demiq; ab omnibus, qui aderam, constitutum fuit, ut hospita-
 le illud ab vno de canonicis ecclesiae Pampilonensis altero succe-
 dente alteri in perpetuum regatur. Extat et alia charta in eo-
 dem tabulario, ubi constat priorem ecclesiae Raucae Vallis de-
 bere esse canonicum praedictae ecclesiae Pampilonensis. Post de-
 niq; multa egregia Christiano epo dignare ipsa praestata
 Deo naturaq; concessit. iij. idus Septembris anno Christi
 Millesimo centesimo quadagesimo secundo. Rexit autem
 ecclesiam tempore Alphonsi Sancti Pampilonensium et
 Aragonensium regis, et Garsiae Ranimiri Navarrae et Tute-
 lae regis.

+ Sed ut eo adhuc redeam,
 Aragonum reges (tametsi mun-
 ficentissimi in hanc ecclesiam
 semper fuerunt) nonnullas tamen
 decimas in hoc regno occupasse
 dicuntur, quibus sua quaedam
 sacra capellaniae instituerunt.
 At vero serenissimus hic rex Gar-
 sias adempta possessione ditioris
 suae eas quam primum recupe-
 rauit, ac Pampilonensi episcopo
 donauit, hac tamen lege, vt
 capellaniae a se instituta Pam-
 pilonenses epi tenendam canendaq;
 curarent, de qua tamen nulla
 nunc extat memoria. Haec tu
 ideo dicta volui, vt tecum ipse
 reputes, nihil esse in rebus mox
 falium tam stabile q; perpetuo
 duret. Ad haec rex pius ac mun-
 ficus ecclesiam .s. Mariae ciui-
 tatis Tutelae huic vniuit. Post
 demiq;

Lupus episcopus.

Lupus natione Navarrae magna probitatis uir (quum
 Sanctius e viris excessisset) Pampilonensi sufficitur ecclesiae,
 qui inito episcopatu coepit vigilanter curare, quaerant officij et
 muneris sibi concrediti. Quare ad Celestinum .ij. summum orbis
 pontificem literas dedit, quibus precabatur: vt omnia ab alijs
 Romanae ecclesiae pontificibus sedi Pampilonensi concessa rata
 haberet, confirmaretq;. Cui ille ut propensissimus pater sic res-
 pondet suo diplomate: Celestinus eps seruus seruorum Dei ve-
 nerabili fratri Lupo Pampiloni epo, eiusq; successoribus canonicè
 substituendis in perpetuum salutem. Ex commisso nobis à Deo
 apostolatus.

apostolatus officio fratribus nostris tam uicinis quam longè positis
paterna nos conuenit prouisione consulere, et ecclesijs (in quibus Dño
militare dignoscimur) suam iustitiam conseruare: ut quem admodum
disponente Dño patres uocamur in nomine, ita nihilominus compro-
bemur in opere. Huius rei gratia venerabilis frater in Christo Lupe
episcopo suis iustis postulationibus clementer adnuimus, et Pam-
pilonensem ecclesiam (cui Deo autore praesse dignosceris) sub beati
Petri et nra protectione suscipimus, et praesentis scripti priuilegio
communimus. Ad exemplum quoque praecessorum nostrorum
Romanorum pontificum Urbani, Paschalis, Calixti, Honorij, atq; Inno-
centij recolenda memoria apostolica autoritate statuimus: ut quascumq;
possessiones quacumq; bona eadem ecclesia in praesentiarum iuste et cano-
nice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel
principum, uel oblatione fidelium, seu alijs iustis modis prestante Dño
poterit adipisci, firma tibi tuisq; successoribus in perpetuum, et illibata
permaneat, Deinde ecclesijs illis, decimis, locis, et episcopatus finibus
(quae omnia in literis aliorum quoq; Romanorum pontificum late expo-
nuntur) enumeratis ac confirmatis: Canonice quoque regularium cler-
icorum, quam praecessor tuus Petrus bonae memoriae à fundamentis
instituit, et bonorum plurimorum collatione dita uit, ab omnium hominum
infectione liberam esse, et quaeq; illis ab ipso collata, integra permanere
decernimus: Statuentes ut ordo canonicus secundum beati Augustini
regulam perpetuis ibi temporibus in uiolabiliter conseruetur. Sanci-
mus adhuc, ait idem pontifex, iuxta canonicam autoritatem, ut cleris-
ci quartam partem decimarum (quas à parochiis suis accipiunt) epò
reddant, et ad sedem episcopalem uel ad alia loca conuenientia (quemadmo-
dum à praedicto Petro epò et a Sanctio rege Pamplonensium et Arago-
nensium statutum est) eas deferant. Addeutes autem eandem ecclesiam
Pampilonensem cum uniuersis (quae sui iuris sunt) ab omni potestatis secu-
laris iugo liberam fore decernimus: ita ut nulli imperatorum, regum,
uel alicuius ordinis principum liceat quamlibet in ea dominationem
exercere, conditionem aut exactionem imponere. Et post multa haec sic
refert: Cunctis autem eidem ecclesiae sua iura conseruantibus sit pax Dni
nri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et
apud districtum iudicium premia aeternae pacis inueniant. Amen, Amē,
Amen. Dat. Laterani per manum Gerardi. S. R. ecclesiae presbyteri
Cardinalis

Nota habet
to de pampilonensium
o los Reyes

Cardinalis ac bibliothecarij. v. cal. Martij indictione. vij. anno incarnationis Dominice. MCLij. pontificatus vero dñi Celestini. ij. pape anno primo. Extat et aliud ad verbum huic simile, eidem Lupo epi concessum à Lucio. ij. Dat. Laterani pridie Kal. Januarij indictione. viij. anno incarnationis Dominice. MCLiij. Pontificatus vero eiusdem domini Lucij. ij. pape anno primo. Eugenius quoq. iij. concessit aliud omnino simile Datum Sutrij per manum Roberti. s. R. ecclie presbyteri Cardinalis et cancellarij. iij. cal. Maij anno incarnationis Dominice. MCLvj. indictione ix. Pontificatus vero Dñi Eugenij. iij. pape anno secundo. Ad hoc quum ^{idem} Sanctius ~~rex cognomine Sa-~~ ^{piens} videret progressum Pampilonensis ecclesie donavit Deo, Sancte Mariae et Lupo eiusdem ecclesie epi, sua sponte pro redemptione anime et remissione peccatorum suorum ac suffragio animarum parentum villam, que dicitur Anoz cum toto suo terminato et suo signo muniuit. Facta charta Era MCLxij. Quod autem nunc subuicio non videbatur pretermittendum, nempe Iacintum s. R. ecclesie diaconum Cardinalem tituli. s. Marice in Cosmedin missum fuisse in Hispaniam ab Adriano. iij. ut legationis officio fungeretur. Vbi concilio in primis coacto in monasterio. s. Ioannis de Pinna intellexit preter cetera, magnas fuisse obortas controuersias litesq. subsequutas inter Lupum Pampilonensem et Petrum Cesar augustanum epim super quibusdam ecclesijs, parte utraq. ante se vocata, auditis eorum attestacionibus et iure plene cognito amica compositione lites eorum sopiuit, perpetuoq. silentio interposito finiuit: Statuens, vt eps Pampilon haberet ecclesias Pintani et vallis Osella cum ecclesijs de Sos, Lusja, Aguero et de Illurello sicut in priuilegijs apostolicis expresse continetur, haberet item in omni pace et quiete perpetuo possidendas ecclesiam de vno castello, et ecclesiam de Pratel siue Pradilla, et ecclesias de Pola et Alchala. Cesar augustanus vero eps teneat et possideat perpetuo ecclesias de Exca Taust et de Luna cum omnibus pertinentijs suis, et ecclesiam de super Cesar augusta, salvo iure proprietatis, quam Pampilon ecclesia in super Cesar augusta dignoscitur habere. Dat. apud. s. Egidium anno incarnationis Dominice. MCLv. indictione. iij. decimo Kal. Iulij. Pontificatus vero dñi Adriani. iij. anno primo. Qui quidem Adrianus omnia aliorum pontificum Romanorum p[er]p[et]u[is]

+ Quum (vt ex ijs, que supra enarrata sunt, apparet) Garfias Ramirus huic vniuersitatem ecclesiam s. Marie Tutelę, magnasque p[ro]pterea vidisset obortas controuersias, litesq. moueri inter episcopum Turiasonensem et hunc, paci consulturus ecclesiam Tutelam illi restituit, huic vero oppidum Martellam nunc vulgo Marzilla vocatum donauit anno Domini MCLiij. Sanctius ~~epi~~ cognomine sapiens quum patre mortuo regnare coepisset, magnaq. premereetur pecunie inopia, neminem reperisse se, aut, in toto regno, qui huic eius necessitati opem ferret, nisi hunc (de quo loquimur) Lupum epim, qui regis sui miseratus MCL. ducatos eidem dedit, anno. MCLiij. Quod rex tanti fecit, vt oppidum vulgo Arre nuncupatum dederit pignori epi tam liberali. Ad hec

norum priuilegia Pampilonensi ecclesie concessa confirmauit in gra-
tiam eiusdem Lupi epi sub Dat. Beneuenti. x. viij. Kal. Iulij in die ho-
ne. iij. incarnationis Dominice anno. M. c. L. vj. Pontificatus vero eius-
dem dñi Adriani anno secundo. Haec idcirco tam prolixiusculae tibi
tradenda curamus amice lector, ut ~~accurate~~ ^{accurate} perpendas, quam sollicitè
episcopi tum in uigila bant ecclesie, et quanti faciebant autoritate in
sedis Pampilonensis pontifices Romani. Desijt tamen hic recensendae
memoriae epi in uisus esse. v. idus Octobris anno Dñi millesimo cen-
tesimo quinquagesimo nono. Gessit autem munus episcopale Gaspar
Ranimiro regnante et filio eius Sanctio cognomine Sapienti in
Nauarra.

Viuiamus episcopus.

Viuiamus natione Gallus natus in Gasconia post Lupum creatur
episcopus Pampilonensis, quod munus gessit, ut Christianum dece-
bat episcopum: et ita in uigilabat ecclesie, ut praeter alia multa
accuratè sanctèq; instituta ad Alexandrum. iij. literas daret pra-
catorias obnixèq; postularet: quò Pampilonensem ecclesiam in su-
am fidem reciperet, quemadmodum alij Romani pontifices, eidemq;
omnia iura confirmaret, ut in perpetuum firma inuisibiliaque
illi permanerent. Quod summus ille pontifex paternae beneuolen-
tiae plenus libenter praestitit, sic inquit: Alexander epi seruus
seruorum Dei venerabili fratri Viuiamo Pampilonensis ecclesie epi
eiusque successoribus in perpetuum canonice substituendis salutem.
Est hoc quoque diploma omnino simile ab Adriano. iij. concessò. Vbi
praeter alia hoc addit, quemadmodum et alij superiores, nempe ut Ca-
nonicus ordo (qui secundum Dei timorem et beati Augustini regulam
in praefata ecclesia institutus esse dignoscitur) perpetuis ibidem tempo-
ribus obseruetur. Praeterea compositionem inter venerabilem fratrem
nostrum Petrum Cesar Augustanum epi et bona memoria Lupum
quendam Pampilonensem epi praecessorem tuum super quibusdam
ecclesijs, à dilecto filio nostro Iacinto. s. Mariae in Cosmedin diacono Car-
dinali, tunc in Hispaniarum regnis apostolicae sedis Legato de consen-
su utriusq; partis rationabiliter factam, tibi tuisq; successoribus con-
firmamus. Datum apud Montem Pcsulanum idibus Augusti in die
tionis. xij.

V. Bullam

hione . xiiij . anno incarnationis Dominica . Mclxv . Pontifi-
catus vero dñi Alexandri papa . iij . anno sexto . Tandem hic
recol . memo . eps suo munere bene vigilantetqz functus supre-
mum vite diem obiit, v . idus Decembris anno Christi nati Mil-
lesimo centesimo sexagesimo sexto . Floruit tempore Sanctij
Sapientis Navarra regis .

Petrus episcopus . 2 . An . 1195 . 8 . 1203 .

Petrus secundus natione Navarrus cognomine Paris Viuiano
in episcopatu successit, qui quum esset religionis Christianaeqz
pietatis propaganda studiosus, haberetqz fratrem monachum
nomine Nicolaum in monasterio Curia Dei, quoderat insti-
tuti Benedictini (ubi pra caeteris Galliae monasterijs regularis
disciplina vigilanter seruari dignoscebatur) crebris literis et effla-
gitationibus pellerit illum; ut huc veniret: cui et ecclesiam San-
ctae Mariae de Franco cum ijs omnibus (quae ad eam pertinebat)
communi assensu et consilio fratrum suorum canonicorum Pam-
pilonensis ecclesiae donauit ad edificandum ibi monasterium,
in quo Deo propitio secundum institutionem abbatis et fratrum
eiusdem coenobij Curia Dei conuersatio ac regularis disciplina per-
petuo conseruetur . Sperabat enim fore, ut inde fumus aromatu
ascenderet ad sublimem diuinae maiestatis conspectum, et toti
patriae gaudium et salus oriretur animarum . Sanxit autem pi-
us pontifex et pactum stabiliuit huiusmodi, ut eiusdem monasterij
abbas et monachi (salua quidem ordinis sui dignitate et religio-
nis honestate) Pampilonensi epo obedienciam seruent, et eiusdem
ecclesiae canonicis reuerenciam exhibeant . Haec omnia data fue-
re anno ab incarnatione Dni . Mclxxvj . Deinde vidit bona
mensae episcopalis et canonicorum communia, per eundem procu-
ratorem regi et administrari solita, ex quo tempore à Petro felicis
recordationis epo canonicus ordo in hac ecclesia fuerat institutus:
qua proter magna oboriebantur canonicorum querela, et quotidie
noua sese afferebant submurmurandi cause super victu ac reddi-
tuum defectu . Canonici enim conquerebantur epm cum immodera-
ta familia hospitumqz multitudine expendere prope modum omnia,
quem ipsis interea debent adhuc necessaria ad uitam . His itaqz
et alijs ius;

Ubi et conditis iacet in
sacello maiori ad leuam
altaris.

et alijs iustis causis rationiq; consentaneis. Sereni Biniq; regis Sanctij
crebris efflagitationibus ductus pius eps et in suos canonicos paternis af-
fectus (ut illorum quieti ac Dei seruitio consuleret) decreuit bona (qua
antea erant communia) diuidere: vt eps quidem scorsim haberet red-
ditus mensae diuntaxat epali destinatos, canonici item scorsim ad mensam
capituli pertinentes. In qua diuisione tam congrue et sufficienter paterno
ductus amore suis prouidit canonicis, ut omnes vno ore conclamarent in ca-
pitulo dicentes: ^{satis est,} Satis est, bene plene et perfecte satisfacisti nobis: Deo et tibi
reddimus innumeras grates. Qua omnia satius reperies in libro Rubeo
tam crebro citato: vbi apparet hanc diuisionem fuisse factam anno Dni.
Mclxxxvij. Adhuc (ut erat homo rebus diuinis adaugendis semper in-
tentus) festum gloriosi martyris et episcopi Firmini statuit, idq; anno ab
incarnatione Dni. Mclxxxvj. solemnius multo quam prius celebrari,
duplicatis in thoro cantoribus, vt in festis apostolorum in eadem ecclesia
fieri consueverat. Hoc autem ideo decreuimus (inquit) quod praedictus
martyr de Pampilonensibus parentibus adstruitur natus: et etiam in eam
eiusdem ciuitatis asseritur ordinatus. Et in celebriorem ad huc huius diei
solemnitatem instituit, ut singulis annis in ipso die infirmarius ecclesiae pro-
curaret conuentum canonicorum in refectorio, datis eidem redditibus ad
corredium illius diei faciendum satis copiosis: quod onus ex illo mansit
dignitati infirmariae iniunctum. Rursum etiam inquit idem pius eps, se
ideo huius diei festum instituisse, quod eiusdem sancti martyris reliquiae
interuenientibus precibus nostris, ab Ambianensi episcopo impetratae, atq; in
cruce aurea nobis transmissae in nostra continentur ecclesia, ut erit uideri
in pectore imaginis eiusdem sancti martyris et gloriosissimi episcopi, et in uase
argenteo reperitur inscriptio huiusmodi: hic sunt reliquiae de capite sancti
Firmini. Extat etiam in archiuo ecclesiae diploma pontificium quod sic
incipit: Clemens eps seruus seruatorum Dei venerabili fratri Petro Pampilo-
nensis ecclesiae episcopo eiusq; successoribus canonicè substituendis in perpetuum
salutem. Tuis iustis postulationibus exorati praedecessorum nrorum foeli-
cis memoriae Urbani, Paschalis, Calisti, Honorij, Celestini, Lucij, Euge-
nij, Adriani et Alexandri Romanorum pontificum vestigijs inherentes
Pampilonensem ecclesiam (cui Deo autore praesidere dignosceris) sub beati
Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti priuilegio commu-
nimus. Simile est in omnibus alijs aliorum pontificum literis. Addit adhaec
hoc: monasterium. S. Saluatoris Leioensis, sicut illud a nobis tibi et ecclesiae
tuae per sen

tua per sententiam adiudicatum est, confirmamus. Cuius sententia non latius in eisdem literis continetur, ut erit videre in ipso diplomate. Præterea inquit idem Romanus pontifex, compositionem inter venerabilem fratrem nostrum Petrum Casar Augustanum episcopum et bonæ memoriæ Lupum episcopum prædecessorem tuum tibi et successoribus tuis nihilominus confirmamus. Datum Laterani pridie idus Augusti, indictione. Vj. incarnationis Dñicæ anno. Mclxxxvij. Pontificatus vero dñi Clementis. iij. papæ anno primo. Exstat et aliud Celestini. iij. ad preces eiusdem Petri episcopii concessum, quod in primis refert omnes alios Romanos pontifices prædecessores, deinde confirmat omnes illorum concessiones. Præterea continet multa alia et præsertim lites diu multumque agitatae inter episcopum Pampilonensem et abbatem. S. Saluatoris Leioensis, quæ poteris videre in supra dicto libro Rubeo, subscribiturque sic Ego Celestinus catholice ecclesiæ episcopus, ubi et sedecim cardinales subscripserunt. Datum Laterani per manum Egidij. S. Nicolai in carcere Iuliano diaconi Cardinalis. xv. Kal. Ianuarij indictione. x. incarnationis Dominicæ anno. Mccxcj. pontificatus vero dñi Celestini. iij. papæ anno primo. Et hic est Tacintus Cardinalis ab Adriano. iij. legatus in Hispaniam missus cuius supra meminimus in vita Lupi episcopii. Excessit tandem cuius hic recolendæ memoriæ episcopus idibus Iunij anno ab homine redempto. Mccxcij. episcopatus vero benè sapienterque gesti. xxxvj. regnabat adhuc hoc tempore Sanctius cognomento Sapiens.

Martinus de Tafallia.

Post Petrum Martinus à Tafallia Nauarrus eiusdem ecclesiæ canonicus et mense archidiaconus electus quidem per capitulum episcopus sed tamen non consecratus profectus est Romam negocium electionis prosequitur, ubi et obiit intra annum re non confecta, regnante adhuc Sanctio rege in Nauarra et Tutela et in Alaua.

1194

Garsias episcopus.

Garsias natione Castellanus religionis simul et pietatis studiosus (quod et eius facta comprobant) post Petrum reperitur
fuisse

¶ Unde et quam potuit primo litem persequutus obtinuit sententiam Romae anno Dni M C X C V j. Celestino tertio pontificem agente contra epm Turinensem iura archiepiscopatu et archidiaconatu Vallis O Belle, et ecclesijs vnica Sa, Sos, et Luia, ut erit videre in libro rubeo in tabularis ecclesie de accurate tenore. deinde imitatus precessores suos impetravit etiam diploma ab eodem Celestino anno.

fuisse (ut cumq; esset) Pampilonensis ecclesie eps. Martinus enim ante consecrationem obiit, quemadmodum est predictum. Garsias itaq; recolenda memoria eps, inito pontificatu, non quae sua, sed quae erant ecclesiae curare coepit, ~~et inter alia imitatus precessores suos in vigilanti~~ ~~functione diploma obtinuit~~ Celestino. iij. q. est huiusmodi: Celestinus eps seruis seruorum Dei venerabili fratri Garsiae Pampilonensi epo salutem et apostolicam benedictionem. Vbi meminisse se ait olim in Hispaniarum regnis legationis officio functum, et controuersiam, quae inter Lupum Pampilon epm et Petrum Caesar augustanum amica compositione sopiuisse ac finisse. Eandem ipsam nunc in his scriptis confirmat: Datum Laterani. vj. Kal. Maij anno Dni. M C X C V j. Pontificatus autem eiusdem dni Celestini. iij. papa anno. vj. Hunc Sanctius cognomine Fortis Nauarra rex charissimum sibi fidumq; in charta donationis appellat, quod in multis fidelissime seruisset, Praesertim in obsidione victoria. Quae sic incipit: Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quod ego Sanctius per Dei gratiam Nauarra rex pro redemptione anima mea atq; parentum meorum dono et concedo Deo et venerabili Garsiae Pampilonensis ecclesiae epo illos meos palatios de Pampilona cum sua capella, horreo et cellario et cum reliquis pertinentijs, propter multa seruitia quae mihi fecit, et maxime propter sexaginta milia solidorum, quae mihi Pampilonensis ecclesiae in magna necessitate constituto exhibuit, quum reges Castellae et Aragonum fortiter impugnantes me meo regno priuare intendebant. Haec omnia à Christianissimo rege donata Innocentius. iij. in bulla ad preces eiusdem Garsiae concessa confirmat, et ad maiorem firmitatem scriptum eiusdem regis huic diplomati ad uerbum interseri iussit; ut erit videre in illo libro Rubeo tam crebro citato. Data tamen fuit Laterani. iij. Kal. Februarij anno Domini.

M C X C V iij. Pontificatus autem eiusdem Innocentij. iij. papa anno primo. Quam autem hic veneranda memoria eps pietatis esset studiosus, uel ex hoc nosse poteris. nam audita fama hospitalitatis, quae uigebat in domibus sanctae Christinae, donauit cum consilio et communi uoluntate totius conuentus Pampilonensis ecclesiae eidem hospitali sanctae Christinae Dei duntaxat amore ductus ecclesiam de Artieda in valle Aragonum sitam cum omnibus iuribus et pertinentijs, saluo semper iure Pampilon ecclesiae, nempe in quartis et caena episcopali et pedagio archidiaconi

~~Ita obtinuit sententiam Romae eodem Celestino pontifice contra epm Turinensem super archiepiscopatu Vallis O Belle, et ecclesijs vnica Sa, Sos, et Luia, ut erit videre in libro rubeo in tabularis ecclesiae accurate tenore.~~

archidiaconi et alijs rebus, quæ in charta donationis latius expo-
nuntur, facta anno Dni. Mcciiij. Obijt tandem. xviij. Kal. Iu-
nij anno Christi millesimo ducentesimo quinto. Gessit tamen
episcopi muneris functionem in fine regni Sanctij Sapientis
et tempore Sanctij cognomento fortis.

- Ioannes de Tirasona ep̄s.

Ioannes à Tiriasone fortasse oriundus, unde et cognomen duxit, apud nos tamen asseritur ortus, qui Garsie in episcopatu successit, in itaq; sui muneris functione statim animum appulit ad res ecclesie in ordinem reducendas. Et tamen si omnia vidit satis bene instituta, hoc tamen unum defuisse reperit, nempe quod non erat, qui choro diuinisq; officijs decantandis ordinatq; peragendis, ut in alijs ecclesijs, præset, quod hic quoque videbatur necessarium. Quare ne quid in domo tam apte undique composita deficeret, quod ad plenum illius decorem attinere videretur: decreuit instituire, qui huius quoque muneris curam gereret, ductus ad hoc sancti prophetae regisque sapientis ex emplo. Ille enim cultum Dei amplificaturus cantores constituit, qui arcam foederis instrumentis musicis modulatisq; vocibus decantantes præerent: inter quos precipui erant Heman, Asaph, et Ethan, sed omnibus præerat Heman, cuius nunc vices gerit in ecclesia precentor siue cantor, quem iura primicerium appellant. Hic, ut canonica tradit institutio, diuinis officijs ordinatè decantandis præficitur. Hoc itaq; tam præclarum exemplum aliarumq; ecclesiarum consuetudine imitatus suo approuehenda studiosus, precentoria siue cantoria dignitatem cum honore sancti Michaelis de monte excelso instituit anno Christi nati. Mccvi. quæ latius exstant in regula Barbarani, ut erit illic uidere. Post multa tandem sua probitatis documenta exhibita obiit Roma quarto nonas Septembris anno ab orbis redempto millesimo ducentesimo undecimo, gessit autem episcopatum tempore Sanctij regis cognomento fortis.

Sparagus ep̄s.

~~Sparagus natione Gallus, ex gente Barca~~
Sparagus natione Gallus, ex gente Barca
oriundus, clarq; Gallie regum genere prognatus, ac
Marie

El Rey don P.^o de Aragon, conde de Barcelona dio carta al Sr. Sparago la qual dice. Martin de
Un castillo en la Valdonella con todo lo a ella anexo y el Sr. Sparago sus hijos y beneficiarios con los diezmos
de sus parroquias y que sustente 24. Ellos por debidos portiones y en quodidianis expensis s. p. m. s. s. s.
studiantes que Maria regina cognatus, que et ipsa Petri secundi Aragonum regis coniux, Jacobiq. mater fuit,

recibiendo que atus
porciones. confor
ne ala disolucion
relos ty. fehu
en kt. En
12.50

~~post Iohannem cathedram tenuit Pampilonensem quamvis institutionis eius ratio nupiam apud nos inueniatur~~

~~ut satis constat,~~ ^{ab eodem} relex donatione Petro Aragonum rege facta
anno Dni. Mccxij. ubi haec sic habentur: Ego Petrus Dei gratia rex
Aragonum, et Barcinonensium comes dono mere et integre ecclesiam
sancti Martini de Vno Castello cum omnibus iuribus ad eam spectantibus
Sparago Pampilonensi ep^o et successoribus eius, ut habeant et possideant
eam in perpetuum cum consensu et autoritate omnium clericorum et
parochianorum eiusdem ecclesiae. Haec sunt ex illo libro Rubeo que
tam saepe tibi citamus excerpta. Sed non hic praeterea aliud de eo hic ha
betur, nisi quod post tres annos translatus est in archiepiscopatum Tar
raconensem. Quum autem eo commigraret, reperit genitorem Cathalano
rum et Aragonum certatim contendentem cum comite a Monfort (obi
erat enim Petrus secundus eorum rex, cuius paulo ante meminimus)
ut redderet illis Iacobum infantem, suum naturalem dominum, quem
apud se Carcassonae educabat, sic enim tum illi appellabant, quem nunc
principem dicimus. Ille vero causatus teneram infantis aetatem aegre
ferebat postulationi eorum acquiescere. Quo cognito statim mittunt
legatos Romam ad pontificem totius orbis parentem instanter obsecra
tes, iuberet comitem reddere illis sine mora infantem. Tum pontifex
misit statim legatum, qui re ipsa praestandum curaret, q. tam iuste effla
gitabatur, dum tamen prius a subditis solenne obedientiae iusiurandum
infanti praestaretur. Quod illi conuentu heroum nobiliumq. Narbone
anno Dni. Mccxiiij. mense Augusto libentissime praestite
runt. Tunc Sparagus infantem sex annos et paulo amplius natum in
brachijs tenuit, ut testatur Hieronymus Curita certissimus historiae gen
tis illius scriptor.

Guillelmus secundus eps.

Guillelmus secundus natione Gallus ex gente Sanctonum, Sparago
Tarraconem translato, statim creatur ep^s, quod hinc liquido apparebit.
Fit enim mentio de illo in literis publicis in fauorem infirmarij datis,
ubi sic legitur: facta charta pridie nonas Martij Era. Mcclij. regnan
te Sanctio in Nauarra, ep^o Guillelmo in Pampilona, Lupo de la Guar
dia priore, M. Petri mensae archidiacono, P. de leyo archi. Camera
et Infirmario, Eximino de leyo archi. de Vtroz, P. de Alfaro archi.

S. Petri de

s. Petri de Osum, Iordane de Ifuriz archi. vallis Osella, A. Buissonis archi. Stella, P. Lupi de Tafalla archi. s. Gema, G. Martini abbate. s. Michaelis de Excelso. P. Bertrandi Sacrista, R. de Subica hospitalario. Ego Lupus de la guardia prior prototo conuentu hoc signum facio. Hac id circo tamen si prolixiuscule tibi amice lector referre libuit, ut reuocet in mentem prisca huius ecclesiae tempora. Hunc autem Sparago statim successisse, temporum ratione bene subducta verum esse comperies. Ioannes si quidem obiit anno Dni. Mcc xj. Sparagus vero post triennium translatus comperitur. Haec autem littera de quibus supra meminimus datae fuerunt ut uides anno Dni. Mcc xiiij. At vero hic memoranda memoriae eps hoc unum praestitit, quod magni animi est indicium, supposuit enim interdicto totam dioecesis terram mensibus decem extra ecclesiae communionem eiecto Sanctio rege, pro eiusdem libertate tutanda. Post haec et alia non pauca (ut bonum decebat epm gesta) vita demum defunctus est. xj. Kal. Septembris anno a Christo nato millesimo ducentesimo decimo nono, regnabat adhuc ingentis animi rex ille Sanctius cognomine Fortis.

Remigius episcopus.

Remigius, qui et Ranimirus filius quidem regis Sanctij Sapientis frater vero Sanctij cognomine Fortis vel ut ex actis publicis constat filius eiusdem regis Sanctij Fortis, in demortui Guillelmi locum creatur eps. Spes enim erat fore, ut homo non solum regia ortus progenie, sed probitatis etiam et pietatis plenus non tam curaret, quae erant sua, quam quae Iesu Christi. Nouerat sane uir ille pius et mysteriorum Dei non ignarus, episcopi munus id esse unum nempe ut gregem sibi concreditum pasceret cibo potissimum spiritali deinde etiam corporeo. Quorum utrumque is pro virili parte (ut creditu par est) prestare conabatur. Hoc saltem certo asseuerari potest, eum semper patre pauperum sese exhibuisse: adeo ut de illo dictum legamus, quae cunq; habebat, pauperibus larga manu distribuebat, et quo amplius ille

plus ille tribueret, eo plus ei virginis filium retribuisse solitum. Tandem
pium illum antistitum caelum rapuit (terra namq; eo iudebatur indigna)
anno à virgineo partu millesimo ducentesimo vigesimo octavo. xj. Kal.
Februarias. Egit autem ep̄m Sanctio Forte adhuc regnante.

Petrus ep̄s.

Petrus tertius qui et Petrus Remigij vulgo de la Piedrola vocatus natione
Navarrus reuelendae memoriae ep̄s Remigio successisse satis proua-
re videntur litera donationis ubi dicitur in presentia dñi Petri Remi-
gij ep̄i Pampilonensis anno Dñi. Mccxxx. Extat adhuc alia charta
facta anno Dñi. Mccxxxvij. ubi sic legitur regnante Theobaldo in Na-
uarra et Petro Remigio ep̄o in Pampilona. Ex hac tandem vita decebit.
iij. nonas Octobris anno ab orbe redempto millesimo ducentesimo triges-
simo octavo. Gessit tamen munus pontificium tempore regni Sanctij
Fortis, et Theobaldo primo (qui ei successit) adhuc regnante. Vacat
sedes aliquandiu, extant enim acta publica, ubi prior ecclesie sede vacan-
te multa egisse usq; ad annum. Mccxlj. narratur, functus officio Vica-
rij generalis. Nam ut sacra Synodus Tridentina testatur, capitulum sede
vacante (ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit) oconomum
vnum aut plures eosdemq; fideles ac diligentes decernit, qui prouentuum
mensae ep̄i curam gerant, quorum rationem ei (ad quem pertinebit) sint
reddituri. Debet etiam creare vicarium generalem seu officialem, qui rerum
ecclesiasticarum et iustitiae administrandae rationem habeant. Quod et
antiquiora patrum decreta, et ius adhuc ipsum indicat. Neque hoc capi-
tulum huius ecclesie ignorabit quum (ut apparet) hoc iure usus sit hic,
et post latius patebit.

Petrus Eximius episcopus.

Petrus Eximius a Gacola venerandae memoriae ep̄s huius nominis
quartus post aliquot annos Petro Remigio successit, nam vacauit sedes ab
obitu illius usq; ad annum. Mccxlj. ut predictum est. Hic ubi munus
pontificium iniit, vidit multa, quae pertinebant ad eum à uiris principibus
contra ius fasq; occupata non sine magno episcopalis dignitatis incom-
modo, et ea omnia sibi restituenda pro viribus curabat, et praesertim opi-
pidium Nauardum post diutinas controuersias, longasq; disceptationes re-
cuperauit

cuperant ab illustri viro Garsia Romeo varone ac vxore eius dña Maria leoz suiq iuris fecit. Et ut quietius ac pacificè magis episcopi deinceps fruerentur illius oppidi iure ac dominio, emit ab eisdem prædia quæcumq in agro Basabotz oppido Nauardum finitimo se habere posse contemdebant. Vbi isfructissima condidit palatia. Hoc ep̃o Theobaldo 2. Nauar. rex Obijt tandem. Viij. Kal. Nouembris anno Christi nati millesimo ducentesimo sexagesimo sexto. Gesit autem munus episcopale Theobaldo primo et filio eius Theobaldo secundo in Nauarra regnante.

Hoc ep̃o Theobaldo 2. Nauar. rex sacro sande spinee coronæ reliquiam huc adduxit magnis precibus habitam à socero Ludouico 9. Francorum rege (qui postea in sanda catalonum relictus ab eccle. in Venetia) recondit in magno vase argenteo ex æquo deuoto (ut mone etiam dicitur) ecclesie cum alijs dono dedit. Obijt 857

Armingotus ep̃s.

Armingotus natione Castellanus, tametsi de patria eius nihil aliud extat apud nos, nisi quod is, qui erat illi à secretis dicebatur Illescas, ut cunq sit tamen past Petrum Ximenum certo constat eum sedem pontificiam hic tenuisse: in qua regenda ut virum integerrimum, singulari prudentia præditum, ecclesieq instaurandæ studiosum se gessit. Propterea castrum Nauardum iam iterum contra ius occupatum, et quæ supra memorata sunt prædia Basabotz à Iacobo Aragonum rege statim recuperanda curauit, magna pecunie summa et labore. Deinde ab Alfonso. X. Castellæ rege sapientissimo literas obtinuit, quibus ille (vt erat iustitie seruandæ studiosissimus) certiores faciebat sua ditionis homines recepisse se Pampilonensem ecclesiam eiusq bona omnia in suam fidem, et potissimum quæ habebat in terris Guipuzcua, interim grauiter interminatus, ne quis auderet damnum eidem aut malum inferre. Quos qui fecisset, certo sciret sese commeritas luiturum pœnas. Hoc item ep̃o fuerunt Pampilonæ ciuilia ac plusquam intestina bella oborta inter vicinos Burgi et Nauarria, hi sequebantur factionem Almorauitorum, illi vero Cascantinorum, quo tempore ecclesia multa magnaq per pessa est incommoda, quod tota Nauarria fuerit tunc destructa. Ipse tamen cauit sibi post principia, quandoquidem ita sibi factu opus esse nouerat. Ad hæc pontifex pietatis in Deum plenus, canonicorum qui dies noctesq diuino cultui dabant operam maxime misertus, instituit, ut illis congrue et sufficienter prouideretur in victu et uestitu, adauxit enim portiones panis et vini, ordinarium quoque et uestiarij præcium, quæ omnia latius reperies in scripijs ecclesie.

ecclesie. Et cum uideret canonicos intra septa claustrum inclusos non habere locum, ubi interdum animi causa speris uiderent, donauit eis pontificale palatium cum area satis ampla, que ei iuxta aderat, ubi nunc est hortus ille vitibus varioque arborum genere consitus, in quo se reficiunt ac recreant, laborisque tedium leuant, quibus adiecit sacellum Iesu Christo dicatum, et sanctis precibus tacitisque meditationibus aptissimum, quo post completorium omnes singulis diebus pia quidem pompa ad meditando conueniunt. Post haec et alia quamplurima sancte sapienterque instituta migravit ad Christum uitamque beatam octavo idus Maij, anno Christianae salutis Millesimo ducentesimo septuagesimo septimo. Obijt autem munus pontificium regnante adhuc Theobaldo secundo, deinde rexit ecclesiam tempore Henrici fratris eius, adeo ut uiueret etiam in principio regni Ioanne huius filie, que nupta Philippo pulchro Gallorum regi et Nauarre et Gallie regina fuit.

Michael Sanctij de Unicastro eps. *erit. de los Reyes de Leyra. 18. huius*
1299.

Michael Sanctius natione Aragonus Unicastri natus, quod opus pidum est caput archipresbyteratus Vallis Oselle, episcopi muneris functionem gessisse reperitur à capitulo tamen electus, ubi Armingotus uiuere desijt. Aseritur autem fuisse erga Christi pauperes ualde pius: nouerat enim uir ille ut mysteriorum Dei non ignarus episcopum debere esse hospitalem ac pauperum patrem, ut oves sibi à Domino creditas non solum doceret uerbo sed etiam re ipsa pasceret. Hic bonus eps condidit statutum et tulit sententiam excommunicationis contra reuelantes secretum capituli, actum et datum Pampilonae pridie Kal. Augusti anno Domini Mcc lxx viij. Tandem obiit quarto Kal. Februarij anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto: sepultusque est in hac eade primaria, qui ut in uita sponsam non deseruit, ita et in morte noluit ab ea separari. Moderabatur adhuc regnum Ioanna cum Philippo uiro suo.

Michael Petri de Legaria eps.

Michael Petri
a Legaria in pri
mis canonicus et
mese archidiaconus
deinde electus eps et
confirmatus

Michael Petrius a Legaria natione Nauarrus in palacio eiusdem loci ortus, quod stigmata in illius sepulchro excuspta satis indicant: Post Michaellem Sanctium (cuius supra meminimus) munus pontificium obijt

tificium obijisse comperitur, vigilantemque egisse episcopum. Nam statim animum appulit ad res sponse instaurandas, ac proinde Illumberitanam ecclesiam et Turritanam, quae diu fuerant à mensa episcopali contra ius fasque separatae, restituendas curauit. Deinde donauit Pitanciarum ecclesiae domum Asbiturri cum omni iure suo, pro capellania duodecim librarum et annuuario perpetuo, quo aliquando canonici (in quos tam bene affectus erat) possent animi causa se recipere. Confirmauit praeterea statutum de portione panis et uini ab Armingoto bonae memoriae episcopo ceditum declarando illud, cui non pauca addidit. Statuit etiam quo ordine bona decedentium canonicorum distribuenda essent. Idem synodum sacerdotum suae dioecesis rei ecclesiasticae constituendae causa celebrandam duxit pridie nonas Martias anno a Christo nato. Mccc. eandemque honorifice finiuit, quae fuit omnium synodorum in hoc episcopatu celebratarum prima, saltem alia non extat ante hanc coacta. Denique venerandae memoriae episcopus vita defunctus est tertio Kal. Nouembris anno ab orbe redempto millesimo trecentesimo quarto, sepultusque est in sua sede, cuius sepulchrum etiam nunc uisitur ante imaginem diui Christophori. Regnabat adhuc eodem tempore Philippus et Ioanna. Vacauit aliquandiu sedes, nam Ignatius Lomberrius prior ecclesiae vicarius generalis vices gessisse reperitur in actis publicis anno Dni. Mcccv. septimo Kal. Aprilis datis.

Arnaldus de Puyña episcopus.

Mortuo Michaeli episcopo, canonici statim conuenerunt iure suo usurari ad eligendum episcopum, sed in diuersa suffragia diuisi, alij magistrum Garsiam Sanctae Gemmae archidiaconum ac eiusdem ecclesiae canonicum, alij Arnaldum Guillelmum Peragoricensis dioecesis priorem, apud Clementem quintum pontificem maximum tum agentem, elegerunt. Magister Garsias negotium electionis de se facta prosequitur abiit ad sedem apostolicam, quae tunc residebat Auinione, ubi post longam diceptionem in manibus pontificis omni iuri (si quod ex electione de se facta adquisierat) renuntiauit: fortasse ut pontifici morem gereret, Arnaldus

El Rey don Felipe de francia
 Naua. Año 1519. día al Obispo Arnaldus
 do para aumentar el pa
 lais epal ties arangadas
 de tierra cerca del mismo
 palacio. V.

reret, Arnaldus enim erat eius familiaris, quem postea de plenitudi-
 ne potestatis Pampilonensis ecclesie creauit episcopum. Cuius pro-
 curatores huc cum pontificio diplomate uenerunt ad possessionem
 adipiscendam, quam pacifice adepti sunt. iij. nonas Aprilis anno
 Christi. Mccc. huc usque uacauit sedes. Hic est Arnaldus de Puy-
 ana huius ecclesie episcopus natione Gasco nobili genere natus, qui suo
 tempore duas celebrauit synodos Pampilona, alteram Kal. Maij
 anno Dni. Mccc. iij. alteram uero. iij. Kal. Nouembris anno.
 Mccc. v. Tandem obiit apud Tholosam. x. viij. Kal. Ianuarij anno
 statim sequenti, Mccc. vi. eodem etiam anno Ludouico Utino uita
 defuncto, successit in eisdem regnis Gallie et Nauarre Philippus lon-
 gus eius frater.

Eximius episcopus.

Eximius Garsias Asbain natus, quod oppidum est in Nauarra,
 in primis canonicus, deinde camera archidiaconus bene suum munus
 exsequutus est in administrando archidiaconatu, adauxit enim illius
 redditus satis diligenter, et instituit in eadem ecclesia capellaniam cum
 anniuersario perpetuo. Deinde ob egregia sue probitatis et literaru
 merita ab omnibus canonicis uno ore (postquam Arnaldus e uiuis ex-
 cessit) electus est episcopus, et deniq; confirmatus, breui tamen ex
 hac misera uita migravit ad feliciorum nempe. iij. nonas Decem-
 bris anno Dni millesimo trecentesimo decimo septimo. Regnabat ad-
 huc in Gallia et Nauarra Philippus longus.

Arnaldus de Barbarano eps.

^{ofo} Arnaldus Barbaranus vir egregius praeditus animi dotibus Eximi-
 quo tempore eccle-
 sia Cesaraugusta no successit, ~~_____~~ totus ecclesie commodis inui-
 na erecta est re-
 tropolis cum qui-
 neq; suffraganeis ^{ofo} gilabat. Nam eius sunt structissima opera dimidiati claustrum (ubi et
 a Ioanne. xxij. us, quod sub hoc conditum non minoris fit. Idem (quum esset Christiane
 anno Domini na pietatis propagande studiosus) instituit in hac sede confratram
 Mccc. viij. cre-
 bra Iacobi Ara sacrosancti ac modis omnibus uenerandi sacramenti corporis Dni
 gonum regis nostri Iesu Christi, item et beatae uirginis ac martyris Catharinae.
 efflagitatione
 ductus, ut pae-
 dictum est in-
 Lillio. Is autem
 tantis animi dotibus praeditus eps
 Construxit etiam canonicis dormitorium inferius, quum antea plus
 satis inhoneste dormirent. Idem ipse, de consilio et consensu capitulo
 sanctissime

+ quum uenerandam illam sanctissime corone spinace reliquiam in ecclesia
 inueniret, de consilio

~~sanctissime Corona Spinea~~ ^{eius} instituit festum, Dominica pri-
 ma post octavas apostolorum Petri et Pauli solemniter celebrari.
~~Sed venerandam illam sanctae Spine reliquam a Gallia huc~~
~~transtulit Theobaldus secundus Navarra rex magnis precii-~~
~~bis habitam a socero Ludouico nono Francorum rege (qui~~
~~postea in sanctorum catalogum relatus ab ecclesia veneratur)~~
~~conditamque in magno vase argenteo exterius deaurato (ut~~
~~nunc visitur) ecclesie cum alijs reliquijs dono dedit. Hoc eodem~~
 pontifice coepit iterum agi per literas de commutatione, siue
 (ut sic dicam) de cambio faciendo inter regem ex una parte, et
 epm et capm ex altera, ut rex haberet villam Pampilonie,
 que vulgo Nauarreria dicitur cum parocia .s. Michaelis et
 alijs, proqz suo iure illis uteretur, ac perpetuo possidenda tene-
 ret, quem admodum priscis temporibus a regibus Nauarre pos-
 sideri solita erant, antequam Sanctius Ranimirus Pampi-
 lonensium et Aragonensium rex ea Petro episcopo et canonis-
 cis religiosa ductus pietate donaret: dummodo rex ipse pro sua
 regia munificentia compensaret aequivalens. Ceterum ubi iam
 conuenire posse visum est, idem ipse eps cum procuratoribus
 capituli, nempe religioso viro magistro Garsia ab Egues eiusdem
 ecclesie priore, Sanctio Martino hospitalario, et magistro Garsia
 .s. Gemme archidiacono, in Galliam profectus est ad Philip-
 pum longum utriusqz regni regem, ut super his cum illo ageret.
 Habita deniqz semel atqz iterum de hac re consultatione, com-
 muni omnium consilio et consensu ^{conuenit,} ut regio patrimonio restitue-
 rentur ab episcopo et capitulo, que supra memorata sunt bona li-
 bere sine cuiusquam controersia: rex item ipse singulis annis
 penderet quingentas libras Turonenses incertioribus Nauarra
 vectigalibus constitutas. Et ut haec pacta conuenta firma rataqz
 perpetuo manerent, subscripserunt et rex et caeteri omnes, que om-
 nia latius reperies in adytis ecclesie adseruata. Ad haec pontifex
 rei ecclesiasticae instaurandae reformandaeqz studiosus quater syno-
 dum celebrasse comperitur. Post haec et alia multa preclare gesta
 Deo naturaqz concessit anno Virgineo partu fere millesimo trecen-
 tesimo quinquagesimo sexto, sepultusqz est in claustro ecclesie in
 illo suo sacello superiori in conditorio satis honesto, quod etiam
 nunc cernitur. Et quum tot annos munus pontificium gessisset,
 uidit non

uidit non solum Philippum Longum regnantem sed et Carolum pulchrum fratrem eius: imo etiam Ioannam Ludouici Vtini filiam Philippo cognomento Nobili comiti Ebroicensi nuptam, Nauarra dumtaxat cum viro sceptrum tenentem.

Michael Sanctij de Asbiain eps.

Michael Sanctius ^{ab} Asbiain nobili genere natus, moribus et uita integritate insignis, in primis canonicus à capitulo ut moris est receptus: deinde ad archidiaconatum Mensæ per electionem euectus, à clero et populo summe dilectus, pater pauperum ab omnibus acclamatus bene suum munus exsequutus est. Et quum Barbaranus (cuius supra meminimus) suo tempore iuris dictionem usurpare et correctionem in canonicos exercere tentasset, hic bonæ memoriæ archidiaconus animo se restitit, iusque capituli defendit. Deinde ob insignia eius merita, mortuo Barbarano comitum totius capituli consensu electus eps, à sede apostolica confirmatus, postremo consecratus vigilantem egit episcopum. Post denique multa in regenda ecclesia præclare gesta animam Deo reddidit. iij. Kal. Februarij anno ab orbis redempto millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, Regnabat tum Carolus. 2. Philippi Nobilis et Ioannæ filius.

Il mito namq; pontificatu statim celebravit synodum Stelle mense Julio anno dñi. Mccclvij.

sepultusq; iacet in claustris ecclesie in illo conditorio tum exulto, quod est apud portam, quam dicunt, viridem, qua intratur ad locum capituli et ad capellam Iesu Christi. Regn.

Bernardus Foscaut eps.

Bernardus Foscaut nobili genere Pampilonæ ortus et morum integritate et literarum peritia paucis postponendus (erat enim iuris doctor doctissimus) ac proinde Hoscensis ecclesie episcopus creatus magnum de utroque specimen tulit, cumque pontificio munere satis præclare fungeretur, ab omnibus maximi fiebat. Unde Michaele Sanctio è uita decedente Pampilonam translatus est, et ut commodius in primo ingressu ad suam sedem ueniret, Pontem Regineum se recepit, et inde recta profectus Pampilonam, quum esset ante aedes parochialis ecclesie .s. Andree Aceille, priore et canonicis obnixè orantibus atque contendentibus, ut ipse, quem admodum et ceteri episcopi, qui eidem ecclesie præfuerunt, ante quam in eam primo ingrederetur, dignaretur iurare se defensurum iura ecclesie et episcopatus sui, simul et seruaturum capitulo et ecclesie sue statuta, consuetudines et libertates. Qui iustæ eorum supplicationi acquiescere uolens, introgressus ad aram super crucem et sacrosancta Dei euangelia conceptis uerbis iurauit, ut in quadam schedula manu eiusdem epi scripta continebatur, cuius hæc sunt uerba: Ego Bernardus Dei et apostolicæ sedis gratia Pampilonæ ecclesie episcopus, iuro quod defendam iura ecclesie et episcopatus Pampilonensis, et quod seruabo capitulo et eidem ecclesie statuta.

Ano. 1366. Et Re don Carlos referendo los pleitos q; sobre las cosas de la auia auido, las confirmo pa de nuevo al Obispo.

ecclesie statuta, consuetudines et libertates. Hoc ipsum prestitit in ves-
 tibulo ecclesie paulo ante portam maiorem, presentibus eisdem priore et
 canonicis et alijs quam plurimis, qui aderant. Quae omnia latius ex-
 scripta ex signataq; reperies in tabulario ecclesie. Hac acta fuisse
 Pampilonae satis constat anno Dni millesimo trecentesimo sexagesimo
 quinto indictione tertia pontificatus sanctissimi patris et dni nostri
 Urbani diuina prouidente clementia papa. v. anno tertio, die xx
 vj. mensis Iunij. In itoq; pontificatu statim ecclesie necessitatibus
 prouidere cupiens nonnulla instituit, praesertim statutum, quod vo-
 cant concordatum generale anno. Mccc. lxxviij. confectum, in quo de-
 clarantur onera cuiq; dignitati ecclesie imposita incipiendo a dno
 epo. Deinde Romam se conferens Gregorio. xj. seruiuit, et tandem
 euius excessit Annaniae, (quod oppidum est non longe ab vrbe
 Roma) anno a Christo nato millesimo trecentesimo septuagesimo
 septimo, nonis Iulij, etatis uero suae sexagesimo secundo, cuius
 corpus inde a suis translatum Pampilona in aede primaria quiescit.
 Tenebat adhuc sceptrum regni Carolus secundus.

. Martinus de Calua eps.

Martinus Calua Pampilonae claris parentibus prognatus iuris doctor
 consultissimus in demortui Bernardi locum a Gregorio. xj. (cuius
 referendarius erat) successit. xvij. Kal. Ianuarij anno eodem. Et
 quum pastoris praesentia gregi valde admodum conducatur, ad suam se-
 dem vultum pecoris agniturus aduenit, curauitq; illico, ut ecclesie
 Ville Torfe, Villa Maioris, ac Montis Regij et alia (quae per laicos
 detinebantur) mensa restituerentur episcopali. Praeterea coacta syno-
 do (quam celebrauit Pampilona anno Dni. Mccc. xxxviij.) inter
 ceteras constitutiones ecclesie accomodas, illam in primis statuit, quae
 est de venerando festo sacro sancti corporis Dni nostri Iesu Christi, in qua
 praescribit, quae ratio sit seruanda in die et per octauas in officijs eiusdem
 festi celebrandis: vterit uidere in breuiario huius dioecesis antiquo.
 Extraneam Eugenij q. aliquot post annis promulgatam Pampilonensis
 et eadem Eugenij q. in hoc seruit in die octauas legendam
 ut institutione tant festi honorificentius agatur memoria, et solenni
 tus habetur celebrari. Ad haec interfuit etiam quando conuentus reg-
 ni iusiurandum Carolo tertio presterunt, imo ipse eum de more regni
 Navarra vnxit, regioq; diademate insigniuit in hac aede primaria
 die Dominico. xij. mensis Februarij anno Christianae salutis. Mccc. haec &
 xc. eo

Sed extraneam Eugenij quarti
 aliquot post annis promulgatam
 Pampilonensis ecclesia breuiario
 interseruit suo, ut institutionis
 tanti festi honorificentius age-
 retur memoria, et solennitas
 haberetur celebrior. Quod Tole-
 tana quoq; fecisse aperitur. Ad

Inclano del nacimiento de ~~1400~~ die 30. Aug. in die 2. Manuel Paleologo Emp.
de Constantinopla, quando en el palacio real supara en Paris en vis al Rey don Carlos
una parte de la ~~1. enq~~ ~~2. padeis~~ que tiene esta ~~5. ylena~~ y el testimonio en latin
y griego, firmado de l'emp^{er} seu secre^{to} en griego; Letras grandes e loras adas con sellos
xx. Eodem anno **Ral.** Iulij ad primam auroram corruit repente chorus prudente de hysa deoro
et maior pars templi veteris à Petro Ruthenensi conditi. Quod quem delgada y edamora da
intellexisset rex Christianissimus, non potuit non dolenter ferre. No- pice. El Emp^{er} que puto
rat enim ecclesie redditus longe inferiores, quam pro tanto opere suscipi- ~~estas~~ partes de oriente
endo, ne dicam auspiciando. Quare accersitis archi tectis ipse locum am- apide ~~fabri~~ alo ~~spina~~
phorem templo condendo designavit. Iussitq; edificari novum, constitu- ~~per~~ contra ~~di~~ ~~turess~~ qu
ta ad id quadragesima parte suorum reddituum in certioribus vedigalibus ~~opinionian e l'emp^{er}~~
regni. Cœpto itaq; operi ita instabatur, ut quotidiana properantiq; festi- ~~tion~~
natione totum templum undiq; exurgeret parietibus, ~~in parte profectum~~
~~euangelijs~~, ubi regis nomine edificabatur. Neque hinc bonus pontifex
cessabat pro viribus iuuare rem tam piam, eius enim stemmata visun-
tur in testudine sacelli diuo Martino sacri, et duabus etiam columnis,
que sunt in fronte chori versus altare maius. Sed ad rem institutam re-
deamus, noster siquidem pontifex hoc eodem anno nempe. Mccc xc. pri-
die festi ^{coccino} Magdalene ^{hanoxis insigni} galero Cardinalitij a Clemente. vij. Gibonensi dona-
tus est. Postea in curiam reuersus sequutus est partes Benedicti. xij. tem-
pore schismatis, solusq; remansit cum illo, magnos interim passus carcer-
is labores et persecutiones: quum per omnes alios Cardinales et reges
Castelle et Francie subtracta eidem fuisset obedientia: obiit denique
Salone in Gallia Carbonensi. v. **Ral.** Nouembris anno Dni millesimo
quadragesimo tertio, etatis vero sue sexagesimo sexto, post quam sex
et uiginti annos suam ecclesiam feliciter rexerit, primos tredecim eps, res-
liquos Cardinalis et administrator. Vacauit sedes aliquot menses, quo cog-
nito, prior et canonici (ut antiqua ecclesie vterentur consuetudine ac iure)
die nono mensis Ianuarij anno Dni. Mcccc iij. creauerunt œconomum Lu-
pum à Meoz decretorum bacchalaureum eiusdem ecclesie canonicum, qui sede
uacante administraret bona ad mensam epi pertinentia. Ex his apparet Ca-
rolum secundum vixisse hoc episcopo, et Carolum tertium filium eius super-
stitem regnantemq; reliquisse quum ex hac uita excessit.

Michael de Casua eps.

Mortuo Martino (quem tantopere diligebat Benedictus) Michaellem
Casua nepotem ex fratre eiusdem Martini, iuris ipsum quoque doctore
in gratiam patrii sui de ecclesia tam bene meriti in eius locum creauit epm,
purpureoq; deinde ^{galero} ~~capello~~ donauit Massilia. xvij. **Ral.** Iunij anno. M-
cccc iij. quum ipse ageret trigessimum, appellatusq; est Cardinalis. s. Geor-
gij. obiit tandem in oppido cui nomen Monæthus vulgo Monago die. xxij.
Augusti.

Augusti anni millesimi quadringentesimi sexti, sepultus tamen fuit Nicaea in coenobio Franciscanorum. Regnabat adhuc Carolus tertius. Hoc quoque venerando pontifice uita defuncto, vacavit sedes, ac proinde capitulum curavit statim creandos syndicos et economos ad archiepiscopatum Vallis Onsellae Dominicum Larranjan iuris peritum et Ignatium Ximenium Urbis Caesaraugustae vicinos, ad reliquam uero episcopatus partem canonicos eiusdem ecclesiae.

Lancelotus de Navarra eps.

hijo del rey don Carlos tercero y her. de la Reyna doña Blanca.

Lancelotus à Navarra vir, magna probitatis ac eruditionis, regio sanguine prognatus, sanctae Romanae ecclesiae protonotarius, simul et patriarcha Alexandrinus Michaeli Calua in episcopatu successit, fuitque administrator perpetuus ecclesiae Pampilonensis: qui multa praestitit suo tempore tanto pontifice digna, et primo omnium illius constitutionem reperitur sanxisse anno Domini. Mccccix. quae est de clericis non residentiibus, ut erit videre in libro constitutionum. Deinde quum videret dormitorium inferius à Barbarano conditum, licet ut pro illo tempore esset utcumque satis aptum, tamen postea res ipsa docuit, quod esset humidum, ac saluti parum accomodum, ut pote supra nudum parumentum in loco tam infimo constructum: quare canonicorum misertus eorumque valetudini consulere cupiens arcus lapideos erigendos curavit, super quos dormitorium illis condidit salubrius non sine magno pecuniae sumptu, ita tamen ut prior et canonici omnes haberent, suam quisque cellulam clausam porta seraque munitam, et in singulis esset unus lectus ad dormiendum, una arca ad reculam seruandam, una item mensa ad tenendum libros et scribendum: ut quemadmodum haec ecclesia ceteris praestabat claustrum, refectorio et alijs aedificijs, dormitorium quoque haberet decentius, prout tempus et ecclesiae autoritas postulabat, cui operi magnum imposuit postremam anno Christiani. Mccccix. Tanta denique erat huius praecleari pontificis integritas et fides, ut regina Helionora Castellae infanta eademque uxor Caroli tertij Navarrae regis eum executorem testamenti reliquerit. Tandem post quatuordecim annos bene ac foeliciter in episcopatu transactos decessit è uita. viij. die mensis Ianuarij anno restituta salutis millesimo quadringentesimo

~~hijo del rey don Carlos quade alon her. de la Reyna doña Blanca~~

gentesimo

gentesimo vicesimo idq; Oliti quod oppidum est satis celebre in Navarra: cuius corpus huc ad adem primariam deuictum, nono die eiusdem mensis post celebres exequias sepultum fuit in choro in conditorio regum. tenebat adhuc regia sceptrum Carolus tertius.

Sanctius de Oteyca ep̄s.

Lanzeloto recolenda memoria episcopo vita defuncto, funebribusque hostijs eius anima expiata, Rodericus Arbi cu prior ecclesie dedit operam, ut canonici quam primum conuenirent ad capitulum acturi de electione episcopi. nulla ratione de sede vacante habita. Quibus proposuit, quod et ipsi norant, hortatusq; est, viderent quid facto opus esset. Aiebat enim diutinam cathedralis ecclesie vacationem magna secum adferre incommoda. Tum re bene perspecta communi omnium consilio electioni dictus est dies nempe. xvij. eiusdem mensis Ianuarij, ad quem omnes adessent, absentibusq; decretae literae citatorie. Die autem praestituto conuenere omnes (qui interesse debuerunt) praeter duos, qui literas procuratorias miserunt: et coacto senatu de more ad sonum campanae in loco consueto, invocata ante omnia gratia sp̄s sancti, in itoq; maturo consilio, omnes vno ore elegerunt Sanctium ab Oteyca absentem, Dei gratia decanum ecclesiae collegiate Sanctae Mariae maioris ciuitatis Tutelae, virum certe prouidum, vita probatum, literis praeditum, in sacerdotio naturaq; etate constitutum, de legitimo matrimonio natum, et in spiritalibus ac temporalibus gubernandis satis bene versatum. Fuerat enim Carolo. 2. à consilijs, qui postea uxore mortua sacris se initiandum curauit. Propterea Carolus 3. tantopere eum commendat in suo testamento, quod patri eius (dum uiueret) diu multumq; fidissimè seruisset, deinde etiam ipsi, narratq; quam multis nominibus domus regia eidem esset deuincta: ideoq; heredes non solum orabat sed efflagitabat, imo et obnixissime iubebat, ut Sanctium episcopum pro virili parte venerarentur, et in omnibus eidem fauerent, adeo ut nullus auderet impedimento aut in aliquo illi molestus esse. Canonici uero post electionem magno delibuti gaudio totam rem sp̄i sancto tribuentes coeperunt: Te Deum laudamus, et sic decantantes hymnum solemni pompa ad chorum deuenerunt, publiceque denunciarunt sese iam delegeisse episcopum. Deinde cum consensu electi rem in acta publica redactam Normam miserunt ad Martinum. V. tunc diuina prouidente clementia Christi in terris vicarium, animo uere submisso praecantes, ut electionem

de Sanctio

de Sanctio episcopo factam dignaretur pro sua paterna benignitate confirmare, quod ille re cognita libenter prestitit. Confirmatus itaque inunctus et consecratus, ad eamque possessione coepit statim muneris sui functioni intendere, statuitque praeter caetera constitutiones illas de re iudicata curiae Consistorij. Tum quum uideret regem tam instanter in templi aedificationem incumbere et praesertim in parte euangelij: ipse sibi delegit alteram e regione sitam incipiendam a columna epistolae et porta claustrum, quam confecit totam cum capella. S. Ioannis euangelistae ac Catharinae virginis usque ad infimum templum, sacellumque. S. Ioannis sibi delegit, ubi sepulchrum illi sud condidit suo munere dignum, in quo se sepeliri uoluit. Eratque hic pius pontifex tantae modestiae, ut in opere a se condito in prior loco depingenda curaret insignia regia deinde sua. Haec itaque aedificia (quae ab utraque parte chori usque ad testudines inferiores condita apparent) sunt regis et episcoporum. Testudo uero media et superior in caepa quidem ab eodem Carolo, sed post mortem eiusdem a Blancha filia eius Nauarra regina confecta fuit, quod et stemmata aperte indicant, uideas enim in primis insignia patris deinde. B. albam cum corona depictam. Reliqua uero pars templi a duabus columnis (quibus adherent suggestus epistolae et euangelij) uersus sacellum maior us usque ad finem capitis tempore maiorum nostrorum confecta comprobatur in principio regni Catharinae Fuxensis et Ioannis Albrei. Unde liquido apparet nihil aliud remansisse templi ueteris a Petro Ruthenenfi conditi et a Sanctio Rosas consecrati, quam solus paries in quo sunt portae maiores, et utraque turris: quarum altera campanas tenet, altera uices carceris episcopi. Vbi autem hic vigilantissimus antistes egerit animam et quo tempore, certo nescitur, nisi quod post Carolum. 3. aliquot annos uixerit, nempe usque ad annum fere. Mccccxxviij. et potuit uidere principium regni Blanchae. Quum itaque dies obitus eius certo sciri non possit, pinde nihil de sede vacante inuenitur scriptum, nec propterea collector sedis apostolicae quidquam de fructibus episcopatus aut percipisse aut petiuisse dignoscitur.

Martinus de Peralta eps.

Martinus

Antes segun un memorial que vi nuevo dia de la Assumpcion de nra senora a 15 de Agosto, el mesmo año q muzzio el rey Don Carlos. 3. 7 fue año. 1428.

Martinus à Peralta natione Nauarrus nobili genere natus Post Sancti
 Etium Pampilonensi presicitur ecclesie, et (ut creditur par est) a capitulo
 eiusdem ecclesie electus anno Dni. 1427. quod uel ex hoc planum fit,
 Blancha siquidem Nauarra regina, coacto de more regni trium oratorum
 conuentu, creauit deditq; tutores filio suo primogenito Carolo Vianna
 principi sex annos nato hunc eundem in primis Martinum epm, Mar-
 tinum item Olloquium commendatariorum. s. Ioannis Hierosolimitani
 priorem in hoc regno, simul et Ioannem Galindo ecclesie. s. Marie Rau-
 ce vallis, uulgo Ronces Valles, dicta ipsum quoque priorem: quorum fi-
 dei et tutela eum credidit, ut erit uidere in actis publicis. 1x. mensis
 Augusti eiusdem anni confectis. Hic item venerande memorie episcop-
 us eandem Blancham et Ioannem Aragonium (ut consuetum est in
 hoc regno) unxit, regioq; diademate insigniuit in hac aede primaria die
 xv. mensis Maij in ipsis ferijs Spiritui Sancto dicatis, anno à Christo
 nato. Mccccxxix. Eiusdem est statutum illud ordinarij canonicorum,
 quod incipit: Quoniam literarum conseruant apices, aeditum anno resti-
 tute salutis. Mccccxxv. in quo prescripsit, ut canonici, ut canonici
 singulis diebus haberent decem denarios pro suo dimenso quotidiano et
 prior viginti. Quod fortasse (ut pro illo tempore) non fuit omnino ineptum,
 tamen si nunc vix sufficeret vni diem taxat famulo alendo. Obijt tandem
 post triginta ~~et adhuc amplius~~ ^{anno} annos adepti episcopatus, suo munere
 strenue functus, ~~et post quantum conuicere licet Roma anno ab arte re-~~
~~scripto. Mccccv. obijt nulla fit hic mentio de uacante sede, quod~~
~~ibidem statim creatus esset episcopus, qui succederet. Regnabat adhuc Ioannes~~
~~Aragonius, quum inter patrem et filium de imperio diuideretur.~~

omnino este obps en
 Vida del supra talis q
 et qual succedio fuit

Bezarion eps.

Bezarion natione Græcus archiepiscopus tunc Nicenus lingue
 et Græcæ et Latine peritissimus, in dialecticis et philosophia non tantum
 humana, sed diuina etiam versatissimus, venit cum patriarcha Cons-
 tantinopolitano totaq; ecclesia Græcorum sub Ioanne Paleologo impe-
 ratore, ad celebrandam octauam œcumenicam synodum: quæ Ferrar-
 iæ quidem fuerat incepta, Florentiæ tamen ex voto (ut tum puta-
 batur) finita. Vbi unio ecclesie orientalis simul et occidentalis magno
 omnium consensu reperitur facta, quemadmodum ex actis eiusdem
 concilij latissime patet. Bezarion ibi facundissimus ille orator: in prima
 eiusdem synodi sessione, impetrata tamen prius ab imperatore ac
 patriarcha dicendi copia, Græcè luculentissimam habuit orationem,
 quæ latinitate donata in eius principio extat. Cumq; vir ille et pius
 et eruditus tam Christianè in omnibus sese gessisset, Eugenius. iij. Pon-
 tificis maximus ob diuinum eius ingenium multiplicemq; doctrinam

S. R. E. card
 naliū colle
 gio omnium
 consensu co
 optauit. In ita
 itaq; sancti.

Obijt tandem post ~~triginta~~ ^{triginta} annos adepti episcopatus, suo munere strenue functus, pridie Idus Aprilis anno Dni. 1457. De eius morte certiores facti prior et canonici ecclesie cathedralis Pompelonensis, congregati loco et more solito creaverunt Vicarium generalem, officialem et reliquos ministros, quibus opus erat ad eius gubernationem: et post citationes et omnes solemnitates iuris premissas, ut ecclesie sue statuta iubent, in ore dnum Joannem de Beamount priorem sancti Joannis Hierosolimitani in Regno Navarre, eiusq; Principis gubernatorem, in episcopum ecclesie Pomp. postularunt; qui licet in continenti illud munus accipere recusaverit, tamen prioris et Canonorum eiusdem ecclesie, et aliorum virorum, quorum autoritas plurimum valebat, monitis impulsus admisit. Quod ut notum esset Principi Navarre celeriter legatos ad eum misserunt, cisq; ad ipsum Neapoli tunc commorantem cum Alfonso patre suo, literas porferendas dederunt, quibus illud ei patefecerunt, precaruntq; eum, ut a Romano Pontifice eius postulationis confirmationem consequeretur. Tame anteq; ad eum huiusm. litera pervenirent, sciens mortem episcopi, Roma literas Pontifici Maximo misit, quibus miserice petebat, ut episcopatum Pompelon. Dno Charolo de Beamount consobriuo suo filio secundo genito Dni Ludouici de Beamount Comestabilis Navarre, quia decimum quintu, vel decimum sextum annum tantu attingebat, per pensa eius virtute, et alijs animi et oenexis ornamentis conferre in administrationemq; concedere vellet. At Pontifex Romanus motus literis et precibus assidujs Domini Joannis Regis Navarre progenitoris Principis dignitatem episcopalem Dno Martino de Amatriain, qui et de Peralta nuncupabatur Decano Tutela tunc Roma decenti, qui erat nepos ex sorore nouissimi episcopi Pomp. eodem anno die Venexis tertioq; Idus Maij contulit. Quod cum ex procuratore existente Roma Princeps intelligeret, moleste tulit, continuoq; Romam cum legato Pontifici et collegio cardinalium literas misit, quibus impuonans collationem episcopatus vehementer est conquestus, rogauitq; ne permitteret, eum, qui sibi non obediret, et diocesim et Regnum esset perturbaturus,

diocritatem illam obtinere: quod ut omni cura et sollicitudine curaret
Leo iussit, et ut eius nomine peteret à Romano Pontifice, ut Dno Charo
lo de Beamont protonotario archidiacono mensa fratri domini Joannis
de Beamont Interis et virtute predicto episcopatum Pomp. concederet.
quod si minime obtinere posset clam ei precepit ut munus illud alteri nec
Seditioso nec factioso conferre curaret, qui eidem protonotario aliquos
fructus annuatim redderet. Quia tñ electio domini Joannis de Beamont
minime probanda fore existimabatur, Pontifici non fuit presentata.
Interea licet Decanus Epus Pomp. electus Roma per literas ad Princi
pem missas humiliter deprecaretur, ut eius collationem approbaret, Prin
ceps omnino nequavit. Quod cum scirent prior et Canonici Pompelonenses
ipsum archidiaconum mensa de nouo epum crearunt et cum electionis
actis archidiaconum de Urbe Romam miserunt, eiqz literas Principi
tradendas dederunt, per quas ei hoc ostenderunt. Pontifex tandem Car
dinali Niceno episcopatum Pomp. administrandum dedit. Cum sic de
rebus ecclesie Pompelon. aocretur, iudex Metropolitanus Cesaraugusta,
vicariusqz generalis et officialis Decani Tutela, cuius supra meminimus,
canonicos Pompelon. inhaerentes appellationi ipsorum nomine Roma
interposita, et noua appellatione iterum se ipsos defendentes censuris
ecclesiasticis persequerentur, donec procurator Cardinalis Niceni bullis
et literis Apostolicis Pompelonem perueniret, cuius accessus omnia in
quietem redeo. Mox deinde Fabellaxium archidiacono de Urbe, qui
nuper discesserat, miserunt, qui haec omnia ei nunciaret, epistolaqz
ipsi tradiderunt perferendas principi et Cardinali, iusseruntqz ut sicut
Cardinali liberet, de his rebus aocret. De fructibus sede vacante collec
tis quid actum esset minime patet propter bella ciuilia et intestina:
legatus tñ Apostolicus tunc in Regno Nauarra existens decimas solum
ex fructibus, qui ex ea parte episcopatus, quae sub Principis ditione ex
titerat, postulabat; et mortuo episcopo Pompelonensi fructus episcopales
et perceptos et percipiendos vacante ecclesia Pomp. camera Apostolica
In nomine

nomine in sequestrum constituere obnixè curavit. Quod Iudices Curie
 Neoni Navarra impediunt et distulerunt, donec ad principem et Regem
 suum Neapoli degentem illud retulissent: cui literis significarunt, ut
 donationem fructuum (de quibus antea mentionem fecimus) obtineret,
 siquidem percepti fuerunt et percipiebantur ad vicum suum, et alia quibus
 indioeret, intereadum episcopatus Pompelon. collatio fieret. Quod non
 miror ea etate contigisse procellis et tempestate bellorum civilium miserè
 acitata, et undiq; crudelissimè oppressa; bellum enim de imperio acerri-
 mum et inhumanum inter Joannem Aragonium regnantem tunc in
 Regno Navarra, et filium suum Charolum immanissimè gerebatur.

BeBarion eps.

BeBarion natione Grecus &

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Page 10

10/10/10

1040/ Obijt tandem post triginta annos adepti episcopatus suo munere strenue functus,
 pridie idus Aprilis anno Dni. 1457. De eius morte certiores facti prior
 et Canonici ecclesie cathedralis Pompelonensis congregati loco et more
 solito creaverunt Vicarium generalem, officialem et reliquos ministros, quibus
 opus erat ad eius gubernationem: et post citationem et omnes solemnitates
 iuris premissas, ut ecclesie sue statuta iubent, uno ore dnum Joannem
 de Beaumont priorem sancti Joannis Hierosolimitani in Regno Navarre,
 eiusq; Principis gubernatorem, in episcopum ecclesie Pomp. postularunt,
 qui licet incontinenti illud munus accipere recusaverit, tamen prioris et
 Canonicorum eiusdem ecclesie, et aliorum virorum, quorum auctoritas
 plurimum valebat, monitis impulsus admisit. Quod ut notum esset Prin-
 cipi Navarre celsior Legatus ad eum miserunt ei q; ad ipsum Neapoli
 tunc commorantem cum Alfonso patris suo, literas perferendas dede-
 runt, quibus illud exposuerunt, precaruntq; eum, ut a Romano Ponti-
 fice eius postulationis confirmationem consequeretur. Tamen anteq; ad
 eum huius m. literae pervenirent, sciens mortem episcopi, Romam
 literas Pontifici Maximo misit, quibus mirifice petebat, ut episcopatu
 Pompelon. Dno Charolo de Beaumont consobrino suo filio secundo genito
 Dni Ludovici de Beaumont Comestabilis Navarre, quia decimum
 quintum vel decimum sextum annum tantum attingebat, perpena eius
 virtute, et alijs animi et generis ornamentis conferre in administrationeq;
 concedere vellet at Pontifex Romanus motus literis et precibus assiduis
 Domini Joannis Regis Navarre progenitoris Principis dignitate episcopali
 Dno Martino de Amaraian, qui et de Peralta nuncupabatur Decano Tutelle,
 tunc Romae degenti qui erat neptis ex sorore novissimi episcopi Pomp.
 eodem anno die veneris tertioq; idus Maij contulit, quod cum
 ex procuratore existente Romae Princeps intelligeret, molleste tulit,
 contineoq; Romam cum Legato Pontifici et collegio Cardinaliu literas
 misit, quibus impugnans collationem episcopatus vehementer est,
 conquestus, rogavitq; ne permitteret, eum, qui sibi non obediret, et dice-
 cesim et Regnum esset perturbaturus dignitatem illam obtinere: quod
 ut omni cura et sollicitudine curaret Legato iussit, et ut eius nomine

Cuius nomine peteret a Romano Pontifice, ut Dno Charolo de Beamont protonotario
archidiacono mensæ fratris domini Joannis de Beamont Sacerdotis et Virtute præ
dicto episcopatum Pomp. concederet. Quod si minime Obtinere posset clam ei
præcepit ut manus illud alteri nec seditioso nec factioso conferre curaret,
qui eidem protonotario aliquos fructus annuatim redderet. Quia tñ electio
domini Joannis de Beamont minime probanda fore existimabatur, Pontifici
non fuit presentata. Interea Sicut Decanus Epus Pomp. electus Roma
per Literas ad Principem missas humiliter deprecaretur, ut eius collatio
nem approbaret, Princeps omnino negavit. Quod cum scirent prior et
Canonici Pompelonenis ipsum archidiaconum de Ussum Romam miserunt,
eiusq; Literas Principi tradendas dederunt, per quas ei hoc ostenderunt.
Pontifex tandem Cardinali Niceno episcopatum Pompelon. ^{administrandum dedit.} cum sic de rebus Eccl.
sive Pampilon ay ageretur, Iudex
Metropolitani CesarAuguste, Vicariusq; generalis et officialis Decani
Tutela, cuius supra meminimus, Canonicos Pompelon. inhaerentes appe
llationi ipsorum nomine Romæ interpositæ, et nova appellatione iterum se
ipsos defendentes censuris ecclesiasticis persequerentur, donec procurator
Cardinalis Niceni bullis et Literis Apostolicis Pompeloni perveniret,
cuius accessus omnia inquietem rededit. Mox de inde tabellarium archi
diacono de Ussum, qui nuper discesserat, miserunt, qui hæc omnia ei
nuntiaret epistolæq; ipsi tradiderunt perferendas Principi & Cardinali,
insequuntq; ut sicut Cardinali Libere de his rebus ageret. De fructibus
sede vacante collectis quid actum esset minime patet propter bella civilia
et intestina Legatus tñ Apostolicus tunc in Regno Navarra existens
decimas solum ex fructibus, qui ex eaparte episcopatus, que sub Principis
ditione extiterat, postulabat; et mortuo, episcopo Pompelonenis fructus epis
copales & perceptos et percipiendos vacante ecclesia Pomp. Camera Apostolice
nomine insequentium constituere obmixe curavit. Quod Iudices Curie
Regni Navarra impedierunt & distulerunt, donec ad Principem
et Regem suum Neapoli degentem illud retulissent: cui Literis signi
ficaverunt ut donationem fructuum (de quibus antea mentionem fecimus) obti
neret, si quidem percepti fuerunt & percipiabantur ad vicium suum, et alia
quibus indigere

Quibus indigeret interea Dum episcopatus Pompelon' collati fie-
ret. Quod non miror ea aetate contigisse procellis et tempestate be-
llorum ciuillium misere agitata, et vndiqz crudelissime oppressa
bellum em'm de imperio acerrimum et inhumanum inter Joannem
Aragonium reonantem tunc in Regno Nauarrae, et filium suum,
Charolum immamissime gerebatur?

Bessarion eps.

Bessarion natione Graecus Archiepiscopus tunc Nicenus Linguae et
Graecae et Latinae peritissimus indialectica et philosophia non tantum hu-
mana, sed diuina etiam versatissimus, venit cum Patriarcha Constan-
tinopolitano totaqz ecclesia Graecorum sub Ioanne Paleologo imperatore,
ad celebrandam octauam aememicam synodum: quae Feixariae
quidem fuerat incepta, Florentiae tamen ex voto (ut tum putabatur)
finita. Vbi vno ecclesiae orientalis simul et occidentalis magno
ommium consensu reperitur facta, quemadmodum exactis eiusdem
concilij Latissime patet. Bessarion ibi facundissimus ille orator in prima
eiusdem synodi sessione, impetrata tamen prius ab imperatore hac pa-
triarca dicendi copia, Graece luculentissima habuit oratione, quae
Latinitate donata in eius principio extat. Cumqz Vir ille et pius
et eruditus tam christiane in omnibus sese gessisset Eugemius uiz
Pontifex maximus ob diuinum eius ingenium multiplicemqz doctri-
nam. S. R. E. Cardinalium collegio ommium consensu Coopta-
uit ^{inita} ~~inita~~ itaqz sancti Spiritus gratia inter Graecos et Latinos pace et
maximo ommium gaudio, ac gratulatione fere per totum diem celebrata,
repente rumor increbuit Iosephum patriarcham Virum sanctum
mortem obisse subitam. Quod ois (ut par erat) aegre molesteqz tu-
lerunt. Pontifex tum ^{magnopere} magno percipiebat (quando quidem ita euenit)
ut Orientales ibidem patriarcham eligerent illi tamen nullo id iure
fieri posse causabantur. Cum patriarcha deberet in sua ecclesia
eligi: Rebus itaqz alijs rite confectis ac subscriptis Florentias
Cum imperatore

Cum Imperatore discesserunt. At vero Bessarion de Romana
ecclesia bene meritis meliorem sequutus partem apud Eugenum
mansit, qui ante suorum discessum Græce orationem habuit eruditam
pariter et vere piam, quam ab eodem ipso Latine versam in fine
eiusdem concilij reperies, cuius titulus est huiusmodi: Bessarionis
patriarchæ Constantinopolitani, Episcopi Tusculani, S. R. E. Cardinalis
archiepiscopi tunc Niceni oratio in synodo Florentina ad Græcos dum-
taxat habita, quæ inscribitur dogmatica sive de coniunctione. Cumq;
postea Romæ ageret studijs litterarum deditus, aliquot Aristotelis,
opera Latina fecit. scripsit et aduersus Maxicum episcopum Ephe-
sinum, de Spu sancto more Græcorum male sentientem, præclarum
opus. Adidit et aliud opus nō minori stimandum super illud Ioa-
nnis verbum: sic eum volo manere. in laudem philosophi Pla-
tonis Libros quinque, Contra Calumniatorem eiusdem libros 4. de
Eucharistia Librum unum. / et ut semel /

Et ut semel finiam, reliquit multa alia ingenij sui præclara testimo-
 nia, quibus nomen suum cum ingenti gloria transmisit ad posteros,
 ut testatur Ioannes Tritthemius de scriptoribus ecclesiasticis dili-
 gentissimus scriptor. Hic itaque tam bene meritus pontifex, tam
 in historijs celebratus post Martinum, Pampilonensis ecclesie per-
 petuus administrator a ~~Calixto 3.~~ pontifice maximo constat fuisse crea-
 tus, ~~quod est evidens argumentum Martinum epum Romæ abijcisse~~
 Qui quum Romæ ageret, semel tamen (ut concredito sibi mune-
 ri satisfacere) conuentum sacerdotum congregauit Pampilonæ
 die .x. mensis Aprilis anno Dñi. Mcccc. lxx. per suum procura-
 torem ac uicarium generalem Ioannem de Michaelibus iuris utri-
 usque doctorem, quem et faeliciter finiuit. Deinde homo publica
 utilitatis prouehenda studiosus reliquit Venetijs bibliothecam mul-
 tis codicibus partim Græcis partim latinis ornatam, cui præfectus
 est Marcus Antonius Sabellicus vir eruditissimus non paruo stipen-
 dio conductus. Hic denique veneranda memoria præsul et tam
 bene de literis meritus Pampilonensem egit episcopum usque ad
 annum .1462. et tunc se abdicauit episcopatu, quem et remuni-
 tiauit Nicolao Echauarri ep̄o successori. Ideo non potuit declara-
 ri sedis uacatio, quum statim fuerit subrogatus Nicolaus in ius et locū
 eius. Vita denique excessit plenus dierum (ut aliter Abraham) quū
 legatione fungeretur apud Gallos anno Christianæ salutis. Mcccc.
 xxij. Federico. iij. imperatore, et Xisto. iij. in terris Christi vica-
 rium agente.

a Calixto. iij. ponti-
 fice maximo constat fuisse crea-
 tus, a successore suo Pio. ij. cre-
 atus. Cuius nomine Ioannes
 de Michaelibus iuris utriusq.
 doctor, & procurator ac vi-
 carius generalis eiusdem,
 venit cum diplomatibus
 literisq. apostolicis prædictor.
 pontificum, quibus in capi-
 tulo ecclesie priori & cano-
 nicis exhibitis, ac ab eisdem
 lectis, mandatis q. apostoli-
 cis dicto audientes, facta
 est copia possessionis ad eun-
 de, seruata tamen ordine
 in hac ecclesia vsueta. quam
 adeptus est pacifice, ppter
 literas etiam commendatitias
 quas tulit Caroli principis
 Nauaræ, circa finem men-
 sis Octubris anni Dñi. 1458.
 Quum vero dictus Cardinalis
 Romæ ageret,

Nicolaus episcopus.

Nicolaus Echauarri natione Nauarrus (quum Romæ esset) egit
 cum admodum reuerendo dño Bessarione de abdicatione episcopatus,
 cui ad has res gerendas non parum attulit aduimenti (ut aiunt) Petrus
 Peraltanus vulgo mossen Pierres de Peralta nuncupatus, vir admodū
 cautus et sapiens, qui pontifici maximo erat valde familiaris. Bessa-
 rion itaque sincera ductus (ut piè credi potest) religione ius suum in
 Nicolaum transferre, eidemque episcopatum renunciare decreuit, ser-
 uata sibi annua pensione mille florenorum siue ducatorum auri ut di-
 cunt de camera. Rebus itaque omnibus (sicuti expediebat) confectis:
 Nicolaus Dei et apostolicæ sedis gratia Pampilonensis ecclesie episcopus
 à Pio. ij. pontifice maximo creatus, venit huc ad suam sedem, episco-
 patus possessionem adepturus, die .xv. mensis Iulij anni 1462.
 pontificatus.

eiusdem **Pij** anno quarto, ~~quomodo~~ ^{quomodo} ~~esset~~ ante fores ecclesie .s. Andree
Aceille que non procul distat ab urbe, in qua solita est prima huius epis-
copatus possessio adiri: a Dominico Rauca vallis eiusdem ecclesie prio-
re, Carolo à Garro mensis archidiacono, Ioanne Nauarro hospitalario,
Lupo ab Ostia priore de Velato, Ferdinando à Dicastillo archidiacono
vallis Onsellæ dictæ ecclesie canonicis exoratus fuit instantissime,
ut (ante quam suam sedem primo intraret) dignaretur more eorum,
qui præcesserunt, iure iurando promittere se defensorum iura eccle-
siae suæ et episcopatus, et seruaturum capitulo et ecclesie statuta, con-
suetudines et libertates integra incontaminataque. Quod ille quum
uideret rationi iurique consentaneum, eorum optatis acquiescere uolens
extulit chartulam, quam et tabellario prælegendam tradidit, ac intro-
gressus ad altare conceptis uerbis iurauit super crucem et sacro sancta
Dei euangelia in hunc modum: Ego Nicolaus Dei gratia episcopus Pam-
pilonensis iuro, quod defendam iura ecclesie et episcopatus Pampilonen-
sis, et seruabo capitulo eiusdem ecclesie statuta, consuetudines et libertates.
Deinde cum iret recta ad suam cathedralem in cœmiterio ecclesie pau-
lo ante ingressum id ipsum publice præstitit, seruata omnino eadem uer-
borum formula, et denique tertio in loco capituli et (ut sic dicam) in camer-
ra noua vulgo uocata la preciosa hoc idem fecisse constat, ut poterit mani-
feste uideri in adytis ecclesie. Post hæc deductus est domum. At uero
post aliquot dies procerum amicorumque salutationibus datos cepit
ipse (ut tenebatur) quod iure iurando canonicis et capitulo fuerat polli-
citus) re ipsa comprobare, et in primis cepit, ut canonicis prouideret (que
præcipue uidebantur necessaria) instituire. Huius est enim statutum
illud de uestitu eorumdem æditum die .xj. ~~de~~ mensis octobris, anno Dni.
Mccccxiiij. Vbi que hic in genere dici possent, sigillatim scripta reperit-
es. Ad hæc quum omnibus omnia factus esset, omnium commodis ut
consuleret, synodum celebravit Pampilonæ. xiiij. Kal. Augusti anno
Dni. MccccLxvi. in qua non pauca inuenies instituta ecclesie reforman-
da aptissima. Denique quum totum hoc regnum factionibus bellisque plus-
quam ciuilibus exarsisset, et adhuc (paulo tamen occultius) arderet. Leo-
nora (que uice patris ^{gubernabat}) odia illa intestina, malorum omnium
fomenta, non solum sedare, sed et (si quo pacto posset) extinguere, fac-
tionumque capita ad Christianam concordiam ex animo cupiens reuoca-
re, conuentus trium ordinum de more regni congregauit Tafalla. Ipsa ue-
ro ut commo-

ro ut commocius (quæ cogitabat) re præstaret diuino freta auxilio,
 in monasterium Franciscanarum diuo Sebastiano sacrum sese
 recepit. Interea dum regni negotia in conuentu tractarentur (nesci-
 cio qua infœlici sorte accidit) ut iurgium magni tumultus ac for-
 midabile oboriretur inter comestabilem Petrum à Perasta, et Ni-
 colaum ep̄m, quod in tantam creuit similitatem, ut omnes malè
 ominarentur, quemadmodum postea rei probauit euentus. Quod
 ubi princeps Leonora intellexit, grauius molesteq̄ ferens (ne
 mala inualescerent) statim ep̄m ad se accersitum curauit, ut re-
 bene perspecta pacem inter eos quam celerime componeret.
 Quod tamen si ep̄s principio recusauit, victus tamen importuni-
 tate suæ principis capessere iussa decreuit. Comestabilis autem
 homo animi impatiens vindicandiq̄ plus satis appetens clam cum
 armata suorum manu oppidum egressus obseruabat ep̄m non pro-
 cul à monasterio occultatus, eundemq̄ principem aduentem repen-
 te ex insidijs prodiens (non veritus rem tam auditu horrendam
 ac facinus grauius animaduertendum facere) enecauit immar-
 nisimè, 1x. Kal. Decembris anno Christi. MccccLxix. Quod
 tamen ille non omnino multum tulit. Munus siquidem absolutio-
 nis à sancta sede apostolica non ita facile obtinuit, et hoc iniuncta
 sibi graui pœnitentia, et inter alias hæc fuit vna, nempe ut in ip-
 sis ferijs gloriosi martyris Clementis (qui est dies obitus eius) solen-
 ne anniuersariumque sacrum in cathedrali ecclesia quotannis di-
 cendum institueret, quod ille re ipsa præstitit libentissimè. Sin-
 gulis namq̄ annis eodem die animæ ep̄i iusta funebria solenni
 ritu in hac œde primaria peraguntur. Ipse autem infœliciter ene-
 catus pontifex sepultus fuisse asseritur in eodem monasterio: Sed
 in quo loco lætali vulnere percussus à mula decidit, exanimisq̄
 iacuit, apparet etiam nunc columna lapidea cum imaginula
 beati martyris Sebastiani introclusa. Quum primum uero ca-
 pitulum ecclesiæ resciiuit sedem uacare suo utens iure, et antiqua con-
 suetudine creauit vicarium generalem Dominicum Rauca vallis
 ecclesiæ priorem, et eo mortuo Henricum à Beaumont archidia-
 conum mensæ, et reliquos, qui spiritalis functionis et iudicij ^{rationem} ~~curam~~
 haberent: item et administratores bonorum episcopatus Michael Sem-
 licaracu archidiaconum. s. Gemma, et Mathæum Montolai eiusdem
 ecclesiæ ca-

ecclesie canonicos, qui sede vacante ea administrarent. Ad haec constituerunt procuratores facta eis copia plenissima ad dandum et soluendum singulis annis intra urbem Romam nomine capituli sede vacante admodum reuerendo in Christo patri et dno Besbarioni. s. Romanae ecclesie Cardinali Niceno, epo Sabinensi et patriarcha Constantinopolitano annuam pensionem eidem a sede apostolica assignatam usque ad summam mille florenorum auri de camera, sup fructibus mensae episcopalis, durante huiusmodi sedis uacatione, vel quantum inter reuerendissimum dnm Cardinalem et procuratores conueniret. Tum creauit quoque idem capitulum alios atqz alios procuratores, sedes enim vacauerat ab anno. Mccccxix. Usque ad annum Mccccxxvi. inclusiue, quem admodum haec latius uideri possunt in tabulario ecclesie. Mortuo adhuc Besbarione pensio eius translata fuit in quemdam Baptistam. s. Romanae ecclesie presbyterum Cardinalem tituli. s. Mariae in Porticu, qui postea appellatur Cardinalis. s. Anastasiae, cuius procurator erat Ludouicus Corradis iuris utriusqz doctor nuntius apostolicus et cubicularius Sixti, iij. pontificis maximi, qui Pampilonae agens exigebat simul et recipiebat egre tamen huiusmodi pensionem adiutus diplomate ab eodem Sixto concessa. Nicolaus ~~itaque~~, ut tandem finiamus, gessit munus pontificium regnante Ioanne in Aragonia et Nauarra, quum tamen Leonora nomine ipsius hoc regnum gubernaret, uxor Gastonis comitis Fuxensis, et mater Gastonis uiamae principis. Nicolaus itaqz (ut ne hoc quidem praetermittamus) putatur sine dubio fuisse archi.º mense in hac ecclesia, renuntiassetqz archi.º diaconatum cuiusdam archi.º episcopo Sypontino, exstant enim literae procuratoriae, datae illae quidem Romae die. xvij. mensis Maij anni. Mccccxxij. et missae ad hunc Nicolaum epm, procuratorem constitutum ab eodem archiepiscopo, mense huius ecclesie non archi.º, in quibus haec (ut alia obmittam) sic habent: **I**psse dñs electus procurator, durante tempore quo super episcopatu Pampilonensi reuerendissimo dno Besbarioni misericordiae diuina epo Tusculano Cardinali Niceno vulgariter nuncupato faciet pensionem, teneatur respondere dno archi.º episcopo constituenti ex fructibus archi.ºtus huiusmodi singulis annis, decentum florenis auri de camera dimittat: extincta uero pensione de omnibus fructibus, oneribus tamen prius deductis.

Alfonso Carrillo eps.

Alfonso Carrillus natione Castellanus filius Alfonsi Carrilli archiepiscopi Toletani electus quidem est eps post aliquot annos, sed a Sixto. iij. pontifice maximo confirmatus, et in demortui Nicolai locum Pampilonensi ecclesiae

nensi ecclesie praefectus. Ut ex diplomate eiusdem pontificis aperte
 constat, cuius haec sunt uerba: Deinde quum nos postmodum de per
 sona venerabilis fratris nostri Alfonsi epi Pampiloni eidem ecclesie
 duxissemus providendum, praefecimus eum eidem ecclesie epm et
 pastorem. Tamen si quando fuerit electus, certo nescitur, nisi quod
 extant concordiae inter ipsum iam electum epm et caplm scriptae,
 ac ab utrisque probatae, in quibus saepe nominatur dictus dñs electus,
 quae uidentur satis apertam facere fidem à capitulo eum fuisse electum.
 Conuenit enim in primis inter ipsum iam electum et caplm, ut re
 mitteret omnes fructus sede uacante perceptos nempe ab obitu Nicol
 lai usque ad annum. Mccccxxvj. inclusiue ipsi capitulo: quod
 et illi placuit, dummodo caplm ex illo nollet administrare, nec
 ullo pacto auderet amplius contingere bona ad mensam episcopi
 pertinentia. Promisit deinde imo scripto sese obstrinxit, si quid no
 mine Cardinalis. s. Anastasiae (qui petebat pensiones ab obitu
 Besbarioris usque ad illud tempus sibi debitas) exigeretur, se
 ab his omnibus liberos eos redditurum, dummodo caplm pen
 deret certam pecuniae summam iam ex pacto promissam, qua
 prior et canonici promiserunt sibi benter se numeraturos. Adepta
 itaque possessione episcopatus congregauit synodum Stella die
 xvij. mensis Nouembris anni. Mccccxxvij. in qua non pau
 ca instituisse constat valde accommodata. Quum uero sibi ipse
 uideretur nactus occasionem, ut in quiete et pace munus sibi
 concreditum gereret, ecce Antonius cognomine Spes Fioscen
 sis ecclesiae eps una cum capitulo eiusdem ecclesiae ausu temera
 rio, in debite, illicite, iniuste, et de facto occupauit archi pres
 byteratum vallis Onsellae (qui est in regno Aragonum) mensae
 episcopali Pampilonensi unitum et a tempore immemorable ^{rabilis} per
 petuo annexum, cuius causa coactus fuit Romam ire, ut super ui et
 illicita spoliatione ageret ibidem in curia pontificis, ubi lis iam
 procedebat aduersus eosdem, Antonio autem epo interea uita de
 functo, in eius locum successit eidem ecclesiae Ioannes Aragoni
 us ac Nauarrus Caroli principis filius, qui una etiam cum eode
 capitulo coeptum negotium prosequutus est, sed re diu multumque
 bene perpensa, et processu causae actisque eiusdem exacte atqz ad amu
 sim discussis semel et iterum causa liteqz uicit Alfonsus, et denique
 tertio sententiam obtinuit finitiuam cum mandato executorio,
 quibus omnibus (quum huc allata essent anno Dni. Mccccxxx
 vj.) reuertens

Vj. Reuerenter obeditum est, adq̄sitaq̄ possessio sine cuiusquam impedi-
mento eiusdem archiep̄scopi byteratus nomine ep̄i Pampilonensis, adeo ut
eum pacifice possidere, eiusdemq̄ bona ac fructus percipere libere sineret.
Et ex illo Alfonsus ep̄s mansit Romæ, cuius nomine Petrus Ambur de-
cretorum baccalaureus, abbas oppidi vulgo Garde nuncupati vicarius gene-
ralis rexit ep̄iscopatum in spiritalibus et temporalibus ab anno. Mcccc-
xxxij. donec ipse ep̄s vitam ageret. Hæc omnia latius reperies in processu
et actis eiusdem causæ, quæ adseruantur in scrinijs et archiuo ecclesiæ. Vita
tandem defunctus est hic bonæ memoriæ ep̄s Romæ anno a Christo nato.
Mccccxcj. Ut sequentia demonstrabunt. Hoc ep̄scopo regnabāt in primis
Ioannes Aragonius cum filia Leonora, deinde Franciscus Phebus, denique
Ioannes Albretus cum Catharina uxore. An tamen sedes vacasset, post hu-
ius obitum, non reperitur facta mentio, quod ideo factum esse putandum
uidetur, quia quum Romæ obiisset, statim ibidem Borgia declaratur successor, cui-
us procurator potuit prius uenire cum diplomate, quam capitulo ep̄i mors inno-
tesceret.

Valentinus Borgia ep̄s.

Valentinus Borgia, ^{qui} et Caesar cognominari voluit, natione Hispanus
Alexandri. Vj. pontificis maximi filius, sed (antequam ille ad pon-
tificatum proueretur) natus, post Alfonsi ep̄scopi mortem eodem anno
factus est Pampilonensis ecclesiæ ep̄s, siue (ut verius dicam) perpetuus
administrator, quem tamen pater simul atq̄ sedem adq̄siuit pontificiam,
more aliorum in primis cum Ioanne Borgia cardinalem effecit, adeo ut utroq̄
munere fungeretur, et Cardinalitio et ep̄scopali. Nam Martinus Capata
proto notarius apostolicus, ac Toletanæ ecclesiæ thesaurarius, procurator et
Vicarius generalis huius Caesaris gubernabat eius nomine archiep̄scopi bytera-
tum Vallis Onsellæ, deinde reliquum etiam diocesis orbem mense Decembri
anno Christi. Mccccxcj. cuius locum tenuit postea Petrus Arrayoz iuris vtri-
usque baccalaureus. Post non multum vero temporis magni animi ingentisq̄
ep̄s vir siue impulsu patris, siue sua ipsius cupiditate ductus ecclesiasticis
functionibus vtro se abdicauit. Alexander enim pontifex uidebatur ha-
bere in animo omnibus Italiæ regulis ditione sua terris que depulsis, solam
gentem Borgiam tota Italia imperitare. Propterea Valentinum perspecto
eius animo dimicandi cupido, belliq̄ gerendi exopto ducem primum om-
nium totius Flaminie creat, Valido deinde exercitui collecto eum dem præ-
ficit, accersitumq̄ ad se sic adhortatus dicitur: age fili animose perfice,
quæ in nostro versantur animo, confide, nos tibi omnia huic rei necessa-
ria abunde suppeditaturos. His atq̄ alijs huiusmodi adhortationibus ins-
tigatus ho-

tigatus homo plus satis sua sponte ad arma militaremque disci-
 plinam propensus, cum non paruo exercitu profectus, breui non
 tantum Flaminiam sed totam ferè Italiam sibi subegit, eamque
 gloriam rebus bellicis strenue gestis consequutus est, ut Caesaris
 nomen non temere ambijse videretur, quum magno Caesari Ro-
 mano in aliquo consimilis censeretur. Tantæque fuit omnibus
 admirationi eius gloria, ut cunctorum oculos in se conuertegit. Hic
 effectum aiunt, ut Lucretiam Herculis Estensis filiam virginem
 venustissimam summa cum dote uxorem acciperet. Quid pluri-
 bus opus est? etiam num viuuda eius dicitur manere maxima cū
 laude memoria. Sed tamen Alexandro mortuo varijs agitatus
 fortunæ euentis, Nauarram uenit, uolensque Ludouicum à Bea-
 umont regni comestabilem interficere, ab hoc tamen ipse occisus est
 inter Viannam et Mondauiam in ipsis foris diuo Gregorio sacris,
 anno restitute salutis. MDVij. regnantibus Joanne Albreto et
 Catharina Fuxensi, sepultusque iacet Vianna. Mirum et incredibi-
 le dictu, ut homo tantæ gloriæ tam humili uteretur fortuna. Quod
 Aëtius Syncerus poëta numquam satis laudatus longe præuidens
 hoc epigrammate pulchre præcinnuisse uidetur, quum diceret:

Aut nihil, aut Caesar uult dici Borgia: quidni?
 Quum simul, et Caesar possit, et esse nihil.

Post abdicationem ab hoc Borgia factam Antoniotus statim factus
 est ibidem ep̄s. Quom ergo hæc ita se habeant, nemini debet mirum
 uideri, si nulla hic fiat mentio de uacatione sedis. Potuit enim hic quo-
 que accidere, quod prædictum est.

Antoniotus ep̄s.

Antoniotus natione Italus. s. Romanae ecclesie presbyter Cardina-
 lis tituli. s. Praxedis, et episcopus Prænestinus ab Alexandro. Vj.
 post abdicationem Caesaris Borgie factus est ep̄s vel (ut sic dicam) perpe-
 tuus ecclesie Pampilonensis administrator. Qui statim misit diploma
 pontificium literasque procuratorias ad Petrum Montedium the-
 saurarium et canonicum ecclesie Cesaraugustane, ut nomine eius adiret
 possessionem episcopatus, eidemque potestatem dedit, ut tanquam
 procurator et vicarius generalis regeret spiritalia et temporalia om-
 nia, quæ quidem literæ procuratorie date fuerunt Romæ die. xx.
 mensis Octobris anni. Mccccxcij. cui successit in eodem munere Gas-
 sias ab Urro, rector ecclesiarum de Turrillas et Liborri. Quam ean-
 dem demique habuit post illum Ioannes Montedius decretorum bac-
 calaureus,

cab. Saureus et archipresbyter vallis Onfelle, qui (reuerendissimo dño Car-
 dinale iubente) curabit celebrandam synodum Pampilonæ in loco capitu-
 li et camera noua cathedrolis ecclesie die. xxviij. mensis Aprilis anno
 Mccccxcix. pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et dñi
 nostri dñi Alexandri pontificis maximi anno. vij. Obijt tandem Ro-
 ma die veneris. x. mensis Septembris, anno restitutæ salutis. MDvij.
 regnantibus Ioanne Albreto et Catharina Fuxensi. Prior uero et cano-
 nici, uisis vacationibus et promotionibus episcopatus superioribus tempo-
 ribus Romæ tam repente factis, cautiore euaserunt, idcirco vigilantius
 obseruabant, quando sedes uacatura esset. Hac proinde quum primum no-
 berent hunc reuerendissimum Cardinalem obiisse, ad capitulum congregati
 die. xx. mensis Octobris statim sequentis declararunt sedem uacare, crea-
 runtque administratores prouentuum ad mensam episcopi expectantiũ,
 qui fructus omnes sede uacante administratos futuro successorĩ reserua-
 ret.

Fatius episcopus.

Fatius. s. Romanæ ecclesie presbyter cardinalis tituli. s. Sabine An-
 tonio tho uita defuncto Pampilonensis ecclesie factus est ep̄s uel potius per-
 petuus administrator a Iulio. ij. pontifice maximo, propterea quod epis-
 copatus uacasset in curia Romana. Prior uero et canonici (cognito quod
 ep̄s obiisset) congregati ad capitulum elegerunt ante omnia Michaelsem
 Garceopriorem sede uacante Vicarium generalem: deinde uolentes suo
 uti iure postularunt ep̄m, sue ecclesie Ammanæum Albretum eundem
 q̄. s. Romanæ ecclesie diaconum Cardinalem tituli. s. Nicolai in carce-
 re Iuliano moribus probatum ac literis præditum, fratrem ex utroque pa-
 rente legitimum Ioannis Albreti Nauarræ regis. Interea aduenit Anto-
 nius Roncionius iuris Cesarei doctor et canonicus Pisanus procurator et
 uicarius generalis ^{cuiusdam dñi Cardinalis} ad spiritalia ac temporalia gerenda in toto episcopatu
 cum diplomate literisque apostolicis possessionem adepturus, cui obeditũ
 est in archipresbyteratu vallis Onfelle sine cuiuspiam controuersia, ubi
 gessit omnia ad suum munus spectantia. Huc autem quum accessisset, ue-
 lletq̄ adire possessionem, non est permissus rege id ita fieri iubente. Quo
 cognito pontifex ipse Romanus non sine magno animi mœtore misit
 monitorium pœnale datum Romæ. vij. Kal. Februarij anno incarnationis
 Dñice. MDvij. Cui quum non obediretur, excommunicatus est rex, totaq̄
 terra regni interdicto supposita. Quum itaq̄ capitulum totusque clerus
 ac populus magnis animi sollicitudinibus diu multumque premeretur de-
 re tam in hoc regno insolita, tam pietati Christianæ perniciofa, anno enim
 et prope modum

et propemodum dimidio, nec sacrum nec alia diuina officia audiebantur, nec mortui sepeliebantur in loco sacro. Quare habito maturo consilio decreuerunt (quantum ad eos expectabat) literis apostolicis obedire, adeo ut permitterent Antonio Roncioni eiusdem cardinalis Fatio Vicario generali possessionem episcopatus quiete ac pacifice adire, et dno Cardinali tanquam uero presidi pastoriq; suo obedientiam ac debitam reuerentiam exhibere in manibus ipsius Antonij procuratoris. De fructibus uero sede uacante perceptis, prior et canonici (quatenus ad eos attinebat) cum procuratore conuenerunt amice. Post haec omnia pacta conuenta, Alfonso Aragonius archieps Caesar augustanus commissarius et executor literarum apostolicarum a sancta sede deputatus absoluit eos, interdictumque relaxatum sustulit. iij die Septembris anni. MDIX. Et ex illo cardinalis Fatio sine cuiusquam impedimento fuit Pampilonensis ecclesiae episcopus. Excessit tandem e uiuis Romae die. xxxiij. mensis Martij anni. MDX. intellecto que eius obitu publicata fuit sedis uacatio Pampilonae die. xxij. mensis Aprilis statim sequentis, qua durauit usq; ad quintum idus Septembris eiusdem anni. Viuebant adhuc Ioannes et Catharina Nauarrae reges.

Ammaneus Albretus eps

Mortuo Fatio ille idem Ammaneus Cardinalis (cuius supra meminimus) obtinuit sine cuiusquam controuersia diploma a Iulio. ij. pontifice maximo de episcopatu Pampilonensi tertio idus Maij anni MDX. et nono die mensis Septembris statim sequentis procuratori eius tradita est possessio omnium consensu libentissime. Et ex illo omnia rediere in concordiam. Et quum ipse Romae tum ageret, Petrus Aguilar prior parochialis ecclesiae. s. Petri de Auuar, serenissimi dni nri regis sacellanus, et uicarius generalis in spiritalibus et temporalibus totum dioecesis orbem eius nomine regebat. Et Ioannes de. s. Maria decretorum bacca. aureus cantor et canonicus ecclesiae erat officialis. Sed in hoc felici rerum statu dno Cardinali more hominum euenit, qui raro secundis rebus perpetuo utuntur. Nam quum ille putaret se posse iam tunc in quiete uita agere et in pace iacere, quidam Iacobus Vrries praepositus et canonicus ecclesiae Hoscensis fraude falsisq; rationibus impetrauit Romae literas et (ut dicunt) breue apostolicum de archiepiscopatu Vallis Onsellae post obitum Cardinalis. s. Anastasiae, non tamen ausus est

ausus est ipse per sese possessionem adire, quod esset diues, nossetque se iniuste et per tyrannidem calumniari. Ideo ius suum transtulit in quemdam Iohannem Antonium Porrochi, cognatum suum, quem (dedit operam) possessionem archiepiscopatus adipisci, ductus ope Ferdinandi Aragonum Castellaeque regis, cuius ipse Iacobus erat sacellanus valde familiaris, ac frater

Vrries, qui et ipse eidem regi erat à secretis. Occupata itaque possessione se archiepiscopatum inscribebat, et gerebat omnia, quae ad illam functionem pertinebant, fructusque et redditus percipiebat. Quo cognito, Cardinalis ipse administrator ecclesiae Pampilonensis opponens se causae detulit eam in iudicium et re intellecta, iurisque sententis pro episcopo Carrillo et ecclesia Pampilonensi latis, impetrauit facile monitorium penale, quod censuris grauiter detonabat in aduersarios, quas tamen nihil ipsi omnino curarunt, imo maiore cum superbia ausuque temerario impudentiore perstiterunt, donec lite in iudicio uersa ante se lectissimos Notae auditores semel et iterum, ac demum tertio causa ceciderunt, perpetuo imposito silentio, idque in fructibus perceptis expensisque huius causae ad reddendum damnati. Quarum omnium rerum litterae à pontifice maximo directae sunt, missaeque ad gloriosissimum, inuictissimum, ac catholicum principem et dominum, dñm Carolum. V. Romanorum imperatorem electum, Aragonum, Castellae et Nauarrae regem, deinde ad archiepiscopum Caesaraugustanum et alios ecclesiarum praesules, quae extant adhuc adseruatae in tabulario ecclesiae, datae illae quidem Romae die lune. xj. mensis Iulij anno Dñi. MDXIX. pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et dñi nostri, dñi Leonis. X. anno septimo. Haud multo post motam ab hoc Iohanne Antonio litem subcreuit huic reuerendissimo dño Cardinali negotium longe molestius maiorisque momenti. Iulius siquidem. ij. pontifex maximus non potuit aequo animo ferre concilium illud, siue conciliabulum Pisanum, quod alij (nescio tamen an recte) Mediolanense dicunt, opera Maximiliani Caesaris, Ludouici. xij. Gallorum regis, et quorundam Cardinalium coactum, quippe quod certo conijciebat contra se et institutum et agi. Idcirco Cardinales illos (qui ei adhaerere uidebantur) tanquam rebelles honore Cardinalitatis priuauit, et à corpore ecclesiae (ut membra putrida) resecuit. Unde factum esse colligi potest pontificem (Cardinali nostro hac fortasse causa abdicato)

abdicato) Consentia archiepiscopum huius ecclesie administratorem constituisse, cuius nomine omnia et spiritalia et temporalia gerebat Ioannes Paulus Oliuerius Vicarius generalis ab eodem archiepiscopo institutus, ab anno. MDxxij. usque ad annum. MDxxvj. et MDxxvij. quo restitutus fuit Cardinalis in suam pristinam possessionem à Leone. x. qui Iulio successit, redditaque omnia bona ac fructus integre à tempore abdicationis. Vir tamen clarissimus ea est usus modestia, ut passus fuerit aliquandiu Ioannem Paulum suo munere fungi, cui tandem successit Nemi- gius Gonijs iuris utriusque doctor consultissimus, tunc ecclesie thesaurarius et canonicus, postea uero archidiaconus mense. Tandem noster cardinalis è uiuis excessit in patria apud Al- bretenses, in oppido cui nomen Castel Celos secundo die Septembris anno à Christo nato. MDxx. gessit autem murus pontificium tempore Ioannis et Catharinae, nec non et Ferdinandi Aragonij, et Caroli. V. Romanorum imperatoris electi Na- uarra regum. Vbi autem prior et canonici audierunt dñm Car- dinalem uita defunctum congregati ad capitulum die xxij. mensis Martij anni. MDxxj. crearunt economos bonorum ad mensam epi pertinentium qui more solito illis administra- tis restituerunt postea Ioanni Poggio procuratori successoris.

En son memorial q' despres
Vi deye muris el año. 1521.

Alexander Cesarinus eps.

Quum itaque Ammannæus Cardinalis diem clausisset extremum, Leo. x. pontifex maximus Alexandrum Cesarinum. S. Romanæ ecclesie diaconum Cardinalem tituli. ss. Sergij et Bathij natione Italum eiusdem ecclesie perpetuum administratorem creauit. Vj. Kal. Ianuarij anno incarnationis dominicæ MDxx. Leone uero defuncto. iij. nonas Decembris anno ab orbe redempto. MDxxj. suc- cessit Hadrianus. Vj. Traiectensis creatus. V. idus Ianuarij absens quum esset Castellæ gubernator pro Carolo. V. Romanorum impera- tore anno Christi. MDxxij. sed Romam profectus coronatus est pri- die Kal. Septembris eiusdem anni. Hoc tamen nescio an bellorum causa, an qua alia ratione Ioannes Poggius clericus Bononiensis non uenit huc cum diplomate pontificio usque ad annum. MDxxij. qui adeptus est possessionem episcopatus nomine dñi sui Cardinalis instituentis die martis. V. mensis Augusti eiusdem anni Pontificatus

sanctissimi

sanctissimi in Christo patris et dñi nri dñi Adriani. Vj. anno primo.
Adijt autem in primis (ut moris est) in ecclesia parochiali. s. Andreae
Acella, ubi conceptis uerbis iurauit constituentis nomine defendere iura
ecclesie et episcopatus, simul et seruare capitulo statuta, consuetudines et
libertates. Hoc ipsum prestitit in cœmiterio ecclesie paulo ante portam
maiores, et denique tertio in loco capituli, vulgo dicta la pretiosa. Deinde
quum ipse ageret Romæ habebat hic vicarium Raynaldum de Cancellarijs
natione Italum, ep̄m. s. Angeli: qui pro eo vices pontificias gereret,
eodem Ioanne Poggio procuratore, quibus instituentibus coacta est syno-
dus Pampilonæ. xviij. Kal. Ianuarij anno. MDxxxj. quo tempo-
re inuenias illum appellari diaconum Cardinalem tituli. s. Mariæ in via
lata. Anno tamen. MDxxxvij. ad ecclesiam Conchensem translatus
est à Carolo. v. designatus. Regnante ipso eodem Carolo. v. Romano-
rum imperatore. B. Quamuis resignatio Casarim et promotio Nenna
fortasse fuerint Romæ facta illico, prior tamen et canonici recognita cre-
arunt suo more administratores reddi tuum episcopatus die. iij. mensis
Ianuarij anni. MDxxxviij. qui Ioanni Nenna successori omnia in-
tegre restituerunt.

Ioannes Nenna ep̄s.

Ioannes Nenna Venetus Ferdinandi regis in primis deinde Caroli. v. in-
uictissimi Romanorum imperatoris Sacellanus, tum etiam regionum ope-
rum (quæ tum Pampilonæ in vrbe munienda fiebant) præfectus, omnia
studiose diligenterq; curabat; comitatum quoque curam ad maritimos
exercitus mittendorum tam fideliter postea administravit, ut regis sibi ani-
mum magnopere conciliarit. Unde et ecclesiasticis functionibus quotidie
adaugebatur, fuit enim in hac æde primaria archidiaconus. s. Petri Au-
sonij, deinde etiam Thesaurarius, postea ad episcopatum Alquerensem
euectus est ab imperatore electus, post hæc omnia designatus quidem ad
Tudensem ecclesiam, sed ante aditam illius possessionem huic præfectus est,
cuius nomine Martinus Casua Sacellanus et procurator eiusdem uenit
cum diplomate literisq; apostolicis, quibus in senatu regio in primis, tum
etiam in capitulo ecclesie exhibitis adeptus est possessionem episcopatus
die Dominico, qui inscribatur quartus mensis Augusti anni Christi.
MDxxxviij. canonicis à capitulo deputatis (ut moris est) eam re ipsa
tradentibus, qui eum procuratore supra iam memorato ac Martino ab
Ollaquarizqueta (is enim tum erat capitulo à secretis) assumpta formula
ex tabulario

ex tabulario ecclesie, in qua est descripta ratio possessionis ad eundem, adierunt primo omnium ecclesiam. s. Andrea Accilla, ac re ipsa presertim, q. diploma pontificium exigebat. Ille enim est locus primae possessioni adquirenda descriptus. Deinde in coemiterio ecclesie id ipsum factum est. Tertio denique congregato senatu in loco solito, referunt, quae acta sunt, et iureiurando firmat omnia coram cunctis, seruata omnino eadem ratione, atque in duobus superioribus locis. Procurator quidem episcopi primam adepturus possessionem seruat hanc rationem, ut supra in Alexandro cardinali describitur, et latius in actis publicis in scrinijs ecclesie adseruatis continetur. At uero eps per se in primo suo iucundo ingressu solum iurare consuevit in vestibulo ecclesie ut statim uidebitur. Ipse autem pontifex primum in hanc urbem, sedemque suam cathedralem ingressus est die. xvij. mensis Septembris eiusdem anni: ante quem, multo tempore hac aedes non uidit praelatum hic residentem, qui etiam fuit primus ab imperatore ac rege nostro huic ecclesie promotus post diploma patrimonatus habitum ab Hadriano. Vj. pontifice maximo. Quum itaque dies aduentus eius in urbem adfuisset, cunctis fere populis ad portam ciuitatis (qua erat uenturus) egressus expectabat iucundissimum episcopi introitum. Ordo autem noui praelati in primo ingressu recipiendi (quem hactenus uidimus) est huiusmodi. Nam ubi illum ad primum ab urbe miliarare appropinquasse nunciatum fuerit, Clarissimus decurionum ordo (qui ciuitatis rectores dicuntur) cum uiris primarijs urbis (quos uiatores sui et accensi ordinatè precedunt) exiit obuiam antistitibus ueniens, sistit ibi pontifex, ad quem accedentes suo quisque ordine felicem gratulantur aduentum, sed quem decurionum ordo aduenit, praetor urbis aut eorum primarius omnium nomine uenerabunde salutatur illum, ad gratulatoque foelicissimo aduentu omnia bona eidem precatur, tum excipientes ipsum comitantur. Ornatisimè quoque maximi templi senatus cuncto ciuitatis clero comitatus in solenni pompa egreditur ab hac aede primaria (quum iam tempus fuerit) duplici agminis serie utrinque ordinate composita pontificem excepturus ad portam, quae est apud aedem diuo Laurentio sacram, prior tamen exiit indutus pluuiali argenteo, ceteri uero omnes canonici in albis. Aderit etiam tum ipse pontifex, qui descendens à mula, relictis itineris uestibus parat se, tum reliqui quoque dimissis equis adstant pedites, ipse uero paratus sedet. Locus uero (ubi primo excipiendus est

Recebimus. de los
 Sps -

piendus est praelatus) solet esse haec tenus apud crucem illam, quae est paulo post portam urbis, satis honesto apparatu ornatus. Tunc ueniunt omnes canonici priore procedente, reliquis uero suo quoque ordine sequentibus, absurgensque pontifex amplectitur in primis priorem capite aperto venerabiliter deque ad eum accedente, cui dat osculum pacis, deinde reliquis eodem modo. Interea cantores capellae solent concinere canciunculam siue motete. Post priorem et canonicos accedunt etiam capellani, qui percumbentes ad genua pontificis sedentis deosculantur illi manum, omnibusque rite peractis reuertitur processio ad ecclesiam eodem quo uenerat ordine, et deducunt omnes pontificem decantantes hymnum: Te Deum laudamus. Sic tandem peruenitur ad angustissimi templi vestibulum, ubi paulo ante portam maiorem ponitur ligni crucis preciosissimi reliquia cum textu euangeliorum aurato in stratu satis honeste ornato. Quo cum accesserit pontifex ipse prosteruens se adorat crucem genibus flexis. Tunc accedit ad eum prior cum aliquot alijs ac secretario capituli adferentis seruum formulam iuris iurandi ex archiuo ecclesiae desumptam, rogatusque iurat super crucem et sacrosanta Dei euangelia more aliorum se omnia rata firmaque habiturum: sed uerba iuris iurandi praestit secretarius, et ad singula respondendo conceptis uerbis iurat ipse pontifex, quod tantum modo solet ipse nunc per se iurare in hoc loco: procurator uero eius in tribus illis locis consuetis, ut praedictum est. Post haec religiosum illum concentum prosequentes deducunt eum in templi adyta, supplicationeque ad aram maximam religiose habita, ut in enchiridio siue manuali exscripta reperitur, ascendit praelatus ad altare eoque deosculato dat benedictionem more solito, deinde deducitur ab omnibus domum. Atque haec haec tenus de ordine recipiendi nouum praelatum in primo ingressu: quae omnia in iucundo huius tan desiderati episcopi introitu seruata sunt. / Nunc autem ratio postulat, ut eo redeat oratio, unde exierat, referatque quam sancte incipiebat munus pontificium obire. Cogitabat enim totam dioecesim lustrare, vultum pecoris agnoscere, oues sibi concreditas requirere ac pascere in pascuis uberrimis, quod quum ipse prestare per se non posset podagra chiragraque impeditus, curauit probatissimos suae ecclesiae viros mittendos ad uniuersum dioecesis orbem lustrandum, ut errantes congregaret in causam errantes uero reduceret: ut Dominus per Ezechielem praecipere uidetur. Sed quod tam iuste instituerat, neuiquam ualuit efficere. Paucis siquidem post diebus in aulam Caesaris (qui tum Toleti agebat) profectus morte ibidem praeventus est, sic xviij. mensis Ianuarij anni sequentis

sequentis nempe. *M D xxxix*. Cuius corpus (eo sic iubente) huc
 asportatum ad *Kal. Februarias* repositum fuit in templo diuo
 Antonio dicato, die vero Purificationis virginis matris post
 completorium exierunt canonici, capellani ac monachi totius
 urbis extra portam quae est apud eadem diuo Laurentio sacram,
 ubi funus exceptum pompa solenni sed tamen lugubri toto fere
 populo comitante ad hanc cathedralem deductum est, in qua ius-
 ta funebria exhibita sunt ea nocte, post tri die, et duobus alijs se-
 quentibus celeberrima, quae episcopum decebant, ubi et satis
 honorifice sepultus quiescit, paulo post ingressum ecclesiae à ter-
 go chori. Regnabat hoc tempore ipse idem Carolus Caesar. Sed
 audita morte epi prior et canonici convenientes ad capitulum die
xxvj. eiusdem mensis Ianuarij declararunt sedem vacare, cre-
 aruntque illico administratores honorum ad mensam epi ex-
 pectantium, qui ea more solito administrarunt. Tamen si Io-
 annes poggius nuntius et collector apostolicus tum in regnis
 Hispaniarum agens, pro sua virili adnixus est eadem nomi-
 ne Camera apostolica occupare, capitulum tamen defendit
 suam possessionem à tpe immemorabili ^{tabili} prescripta, ut ex tabu-
 lis publicis et processu in hoc supremo senatu iussu Caroli Cae-
 saris confecto aperte constat. Quae quidem bona fideliter admi-
 nistrata dederunt in manus Petro successor.

Petrus Paëhecus epi

Petrus Paciecus ex celeberrima illa Paciecorum gente oriun-
 dus, in oppido Puebla Montalbani dicto natus, quod est in regno
 Toletano, non longe ab ipsa urbe situm (quum esset Ciuitatens-
 sis epi) designatus est à Carolo Cesare, Ioanne Nenna vita de-
 functo Pampilonensis ecclesiae antistes, cuius designationem literis
 apostolicis sancitam attulerunt huc doctor Martinez et Gaspar
 Liranus clerici Toletani procuratores eiusdem, quibus in senatu
 canonicorum exhibitis. *vj. nonas Iulij* anni. *M D xxxix*. ac por-
 eosdem lectis, apostolicis mandatis dicto audientes permiserunt eos-
 dem procuratores adire possessionem destinatis ad eam rem de more
 canonicis qui cum illis simul et secretarij capituli ad eunt ad loca
 tam crebro repetita, praestiterunt omnia, quemadmodum hactenus
 est consuetum. Anno vero statim sequenti pridie idus Martij hora
 quarta pomeridiana ipse primo ingressus, exceptusque et deductus
 est in hanc

est in hanc eadem primariam magna cum totius populi gratulatione, ritu
 que solemnissimo, seruatō prorsus ordine iam prescripto. Hic tanta prudē-
 tia ac eruditionis, tam in gerendis negotijs versatus pontifex, in eisdem que
 satis strenuus statim. porse ipse, aut viros probos poritosque lustravit totam
 diocēsim, eamdem que decentem in ordinem redēgit, ut manifeste patet.
 Et ut suum munus commodius exequi possēt, et quod instituerat efficere,
 optatumque ordinem in ecclesia bene gerenda constituere: conuentum
 sacerdotum totius diocēsis (quam synodum dicunt) indixit, eademque
 ad. xviij. Kal. Septembris anno. MDxliij. coacta, multa instituit
 ecclesie bene gerendae aptissima. Et, ut erat homo rerum diuinarum pie-
 tatis que ad augendae studiosus, instituit ad haec solennes supplicationes
 in honorem admodum venerabilis sacramenti, ac sacro sancti corporis
 Domini nostri Iesu Christi in die Resurrectionis Domini, et octauo die
 eiusdem sacratissimi corporis ritu solemnissimo peragendas, alias uero
 in memoriam beati patris Augustini et. S. Francisci, sacraque annuer
 saria quotannis solemniter celebranda, item et distributiones diebus
 praecipuis horis matutinis interuentibus, multo plura praestaturus
 si diutius hic permansisset. Nam quum rebus ecclesie prouehendis ma-
 xime esset intentus translatus est (tametsi inuitus) ad ecclesiam Gien-
 nensem, cessitque episcopatu eius nomine Gabriel Gueuara (qui pro eo
 vicarias hic uices egit) tertio nonas Ianuarij anno Dni. MDxlv. Atque
 inde adhuc euectus est ad episcopatum Seguntinum, interfuit etiam in
 ipso statim principio sacro Tridentino concilio, tandem que factus à Paulo.
 iij. pontifice maximo Cardinalis obiit Romae. iij. nonas Martias anno
 Christianae salutis. MDlx. Regnante adhuc eodem ipso Carolo Cæsa-
 re. Hic nulla fit mentio de vacante sede, quod idcirco factum fuisse credi
 potest, quia statim post resignationem huius fuit successor promotus.

Antonius Fonseca ep̄s.

Antonius Fonseca natione Castellanus in urbe Tauriensi natus (quū
 esset prior celeberrime ecclesie Naucae vallis) Petro Pacioco, a Cæsare desig-
 natus, in munere pontificio in hac Pampilonensi ecclesia successit, vir acerru-
 mi ingenij ac totius probitatis plenus: cuius nomine possessionem episcopatus
 adeptus est magister Ioannes Lastra clericus Calaguritanus procurator
 et sacellanus eiusdem, seruatō tamen eodem ordine atque hactenus con-
 sucto, die. xiiij. mensis Martij anno eodem nempe. MDxlv. Primus
 vero eius in hanc urbem ingressus fuit die. xxix. mensis Octobris
 eiusdem anni. Hic autem uir tam suapte ingenio ad probitatem pieta-
 temque propensus (in episcopatu) magnopere desiderabat gregem sibi
 concreditum sanctis institutis moribusque Christianis informare, et præ-

sertim sa

Scitum sacerdotibus, populi rectores et doctores, qui (nescio qua breuitate
 illecti) omnes fore Romano breuiario à Cardinali Quinones ordi-
 nato utebantur, quo fiebat, ut ritus ecclesiarum penitus in obliuio-
 nem abirent, et populus adhuc rudis hac re offenderetur non medio-
 criter, videns superiorum temporum usum iam prope modum oblitera-
 ri. Ut itaque huic tanto malo mederetur, decreuit congregare synodum
 Stellæ. xij. die mensis Martij anni. MDxlviij, cum enim ur-
 bem frequentissime incolebat, ubi de renouando ac reformando bre-
 uiario diocesano inter oēs conuenit, constituto ordine datoque rei
 conficiendæ negotio uiris doctis et in usu ecclesiastico bene versatis.
 Quod confectum in primis reuisum Pampilonæ à clero, et postea
 cum imprimendi copia ab eodem episcopo confirmatum Tauri,
 ubi tunc residebat, idibus Aprilis anno Dñi. MDL, et eodem anno
 sponte sua se episcopatu abdicauit. Postea uero clementissimus
 Cæsar cognita uiri integritate senatui supremo (quem uulgo el
 consejo real dicunt) præfecit, in quo munere bene uigilanter que-
 gerendo uita tam finiuit Pincie anno Dñi. MDL. ^{Scpultus qz}
 fuit in urbe Tauriensi natali solo. Regnabat adhuc Carolus Cæ-
 sar. Neqz post abdicationem huius reperitur sedem uacasse, quū
 sciri non potuisset, quando resignasset Romæ.

Aluarus Moscosus eps.

Aluarus Moscosus natione Lusitanus (ea enim pars, quæ nunc
 uulgo dicitur, la Estremadura ab antiquis scriptoribus sub Lusitaniæ
 nomine continebatur, patria uero est Caceres, fortasse eadem, quæ
 olim Geriana siue Gereæ nuncupabatur) fuit sacre theologiae doc- Ceriāna
 toris insignibus decoratus Lutetiæ Parisiorum, quum esset ^{Sorbone} celeberrimi
 collegij socius, tum Caroli Cæsaris sacellanus, quem diu sequi-
 utus eò tandem peruenit, ut post abdicationem Antonij Fonsecæ
 designaretur episcopus huius ecclesiæ ab eodem Cæsare rege nostro.
 Post hæc cum designatione pontificio diplomate confirmata uenit li-
 centiatus Villodas clericus Calaguritanus ^{vicarius} et procurator generalis epis-
 copi ad adipiscendam possessionem episcopatus nomine sui domini consi-
 tituentis, literis qz apostolicis in capitulo ecclesiæ priori et canonicis
 exhibitis, ac ab eisdem lectis, facta est copia possessionis ad eundem, ser-
 uata tamen omnino eadem ratione, quæ supra descripta est, quam et
 re uera adeptus est die. xix. mensis Augusti anno à Christo nato.
 MDL. Idem uero eps primo ingressus est in hanc urbem, deductus
 p̄ solenni consuetaqz pompa in suam cathedralem sedem feria quarta
 idibus Octo-

idibus Octobris eiusdem anni. Deinde profecturus ad concilium Tri-
 dentinum indicta synodo, eademque coacta die. xiiij. mensis Iunii anni.
 MDLj, leges sanxit non minus aptas quam equas: et statim accinxit se
 itineri Tridentum, unde redijt mense Februario varijs adhus procellis in
 mari, anno Dñi. MDLij. Lustravit postea totam ferè diocesim, et quæ
 ecclesijs bene instituendis necessaria erant prouidit, sacroque oleo liniuit,
 quotquot reperit non imunctos, et multa alia præstitit. Super iuris dictione
 capituli manibus pedibusque institit cum rege adiutus decreto concilij Tri-
 dentini, non tamen potuit voti compos euadere, quia summus pontifex con-
 trouersiam dirimendam ad se recepit. Denique translatus est ad ecclesi-
 am Zamorensem anno à Christo nato. MDLxj. ubi et obiit multis affec-
 tus molestijs. Sed prior et canonici ~~quædam præcipua~~
~~quædam præcipua~~, conuenientes ad capi-
 tulum. iij. idus Septembris eiusdem anni declararunt sedem vacare crea-
 runtque œconomos, qui bona ad mensam episcopi pertinentia sub fidei cus-
 todia seruarunt, eademque successor recipienda tra diderunt. Hic designa-
 tus quidem fuerat à Carolo Cæsare, sed uidit etiam Philippum filium eius
 regnantem.

Didacus Ramirez eps.

Iacobus Ramirez Scdenius à Fuenleal iuris utriusque doctor Villescu-
 sæ natus (quod oppidum est in Valerienti diocesi, nam Valeria olim eadem
 erat, quæ nunc Concia vulgo Cuenca dicitur) primum fuit thesaurarius
 ecclesiæ Tudensis, deinde canonicus tum Legionum tum Valeriæ, ad hæc
 hæreticæ prauitatis causis examinandis iudex (quem inquisitorem appel-
 lant) Toleti creatus, canonicatum ibidem quoque obtinuit, fortasse permuta-
 tum cum thesauraria Tudensi. Post de mum à Philippo rege nostro Mos-
 cossi successor designatus huic ecclesiæ præficitur antistes: cuius nomine Alf-
 phonsus Tamaron Vicarius et procurator generalis ab eodem iam declarato
 epò institutus adiit possessionem, seruato protsus ordine supra præscripto, die
 Dominico, qui inscribatur. v. mensis Octobris anni restituta salutis. MD
 Lxj. Ipse tamen primo iucundorq; ingressu exceptus deductusque est in hæc
 ædem primariam more aliorum pontificum in ipso die Palmarum. xxvij.
 mensis Martij anni statim sequentis. Postea vero iussus a rege (ut ad concil-
 lium Tridentinum proficisceretur) indixit conuentum sacerdotum ad. viij.
 Idus Maij anni. MDLxij, et rediit ibi profectionis ratione, post tridie fes-
 ti Pentecostes ab oppido Huart ad primam aurotam Tridentum satis
 discursulato animo arripuit iter per Gallias. Interfuit autem sacro concilio
 usque ad finem eius nempe ad. iij. diem Decembris anni. MDLxij, quo
 finitum est. Redijt vero huc, varijs iactatus in mari procellis, mense Martio
 anno Dñi. MDLxij. Quum itaque siue rerum humanarum id accidat
 conditione

conditione, siue potius negligentia aut culpa hominum, synodi pro-
 uinciales et diœcesanæ non ita frequenter haberentur, ut iure erat
 cautum, per sacrum œcumenicum concilium Tridenti celebra-
 tum sancitum est, illas quidem tertio quoque anno, has uero
 singulis annis congregari. Quod seruaturus Ferdinandus
 Aragonius archieps Casaraugustanus concilium provinci-
 ale indicendum cogendumque curauit ad Kalendas Augusti an-
 ni. MDLXV. cui adsuit inter cæteros suffraganeos et hic noster
 vigilantissimus antistes. Deinde anno statim sequenti decreuit
 hic quoque diœcesanam celebrare synodum, quam et indicit ad .v.
 Kal. Maias Pampilonæ ^{agendam} ~~habendam~~. Sed præstituto die, tametsi
 frequens sacerdotum numerus conuenerat, solennis illa pompa
 non est circumacta per urbem, nec missa de more celebrata, ob ne scio
 quas controuersias super ordine eundi in processione, aliasque causas
 satis temere obortas, quas præstat fortasse tacere quam enarrare,
 nec amplius de synodo diœcesana hactenus est facta mentio. Erat
 tamen hic bonus antistes tam cupidus rerum benegerendarum,
 functionique sibi concredite satisfaciendi amantiſſimus, ut totum
 diœcesis orbem (tametsi longè lateque patentem) per se ipse sus-
 teraret sacro chrismate inungendo, aliisque pontificis officia inde-
 fesso labore faciendo. Nihil enim erat sui ipsius curandi studiosus,
 sed laboris potius tolerantissimus, adeo ut nunquam audiendis nego-
 cijs defatigaretur, imo eorum causa aduertes ~~placibus~~
~~verbis auscultabat~~. Sacris ita honeste intererat, ut omnibus exemplo
 esse posset. Quid uero nunc dicam pontificio indutus ornatu sacris
 decenter dignaque maiestate faciendis quam delectabatur, quam parum
 comouebatur, etiamsi totum diem illis impenderet? Hoc adhuc
 unum non omnino ab re futurum videtur paucis hic interserere, quæ
 anno superiori nempe. MDLXXij. in transferenda reliquia gloriosi
 martyris et episcopi Firmini acta sunt. Nam præterquam quod suapte
 causa perpetuam merentur habere memoriam, ad hanc optimi epis-
 copi etiam historiam facere uideri possunt. Et ut rem a primordio
 exordiri liceat: per quam illustris ac totius probitatis religionisque
 domina, Beatrix à Beaumont filia Francisci à Beaumont et Na-
 varra præfeti prætorio, siue (ut sic dicam) ducis custodiae regis nostri
 crebris quotidianisque offlagitationibus impetrauit à Francisco ab
 Alaua amitino suo catholici regis nostri apud Christianissimum
 Francorum regem oratore, ut quam posset citissime curaret habendu-
 dam reliquiam corporis beati martyris et episcopi Firmini, ex sena-
 torio ordine

torio ordine huius urbis nati eiusdemque primi antistitis, quem illa à tene-
ris annis religiose coluit, magnaue prosequeretur pietate. Franciscus autē
cognate obsequendi studiosus diligentissimam huic rei dedit operam, et à
reuerendissimo in Christo patre et dño Antonio miseratione diuina sanctae
Romanae ecclesiae presbytero Cardinali tituli. s. Triphonis vulgo de Crequi
nuncupato Ambianensis ecclesiae ep̄o obtinuit, quod tantopere desidera-
batur efflagitabaturq̄ intercedente potissimum fratre Iacobo Vgone ordi-
nis Franciscanorum sacrae theologiae professore, qui Christianissimo regi
erat à Concionibus. Quum itaque primum recepisset tam desideratum
thesaurum (erat enim satis magna pars ex capite beati martyris) illico
Pampilonam mittendum curauit ad suam tam dilectam amittinam in
loccello in primis apto reconditum cum amplissimis fideq̄ dignis testimo-
nijs. Haec vero incredibili delibuta gaudio, ut pote vsti compos facta statim
remisit (sicuti par erat) ad hunc omnium venerandum parentem. Qui
testimonijs bene exatseque discussis, habitaq̄ cum viris in theologia et iure
vtrouque eruditissimis super hac re semel atque iterum matura consultatione,
quum sequutus eorum sententiam, tum vero probatissima testimonia de-
finiuit ueram esse beati martyris et episcopi Firmini reliquiam: quam mag-
nae prudentiae antistes, diuorumq̄ cultus ad augendi studiosus misit decen-
ter repositam ad monasterium. s. Petri sabbato ante Dominicam in Albis
xij. die mensis Aprilis anni. MDLxxij, ut in vehiculo apte ornato impo-
sita, et in solenni processione inde adducta maiori cum celebritate ac vene-
ratione reciperetur. Postridie pontificio ipse ornatus indutus in celeberrima
pompa exiit ab hac aede primaria, comitatus priore et canonicis magnaue
ecclesiasticorum virorum multitudine ad portam urbis: quo iam iam imp-
so tempore reportata erat à monasterio imago beati martyris cum reliquia
à Vicario. s. Laurentij cetero et populo venerabunde eam deducuntibus:
quam pontifex ipse pie reuerenterque (quem admodum decebat) excepit.
Aderat et tunc praestantissimus haecos Vespasianus Gonzaga huius regni
prorex cum selectissimis supremi senatus auditoribus, alijsque iudicibus.
Aderant et nobilissimi urbis decuriones cum viris primarijs ciuitatis, et de-
nique toto populo. Conuenerat enim omnis aetas, sexus atque ordo ad tam
celebre festum. Pompa itaq̄ ordinate instructa duplici agminis serie, recta ipse
se contulit ad aedem diuo Laurentio sacram (ubi est sacellum beati martyris
et episcopi Firmini) religiose celebrique concentu venerandam reliquiam de-
ducens. Sacro demum ibi sollemnissimo ritu ab eodem celebrato, habitaque
eruditissima concione, fufisq̄ pijs precibus reliquiam ipsam cuncto adstan-
ti populo manibus in altam eleuatam ostendit, eandemq̄ reuerenter et ab
ipso et ab omnibus adoratam in locello argenteo mira arte elaborato, impen-
sisque ipsius Beatricis confecto in pectore imaginis beati martyris locauit,
tribus concluso clauibus, quarum vnā Ioanni à Beaumont decurionum pri-
mario no-

maris nomine totius urbis, alteram **vicario**. s. Laurentij, tertiam ve-
 ro operario maiori eiusdem ecclesie tradidit, interminatus interim
 sub excommunicationis latae sententiae poena, et contra ducatorum
 ad bellum in Turcas applicandorum, ut nec ipsi, nec quispiam alius
 locellum, aut reliquiarum illud (ubi recondita manet veneranda
 reliquia) audeat aperire, nisi per episcopum tunc temporis existen-
 tem licuerit. Quae omnia prudentia plenus antistes in acta pu-
 blica redigenda curavit: fuitque dies ille tam celebris Pampilo-
 nae, ut nihil magnificentius aut splendidius eo in genere haec
 urbs viderit unquam. Atque haec haec haec de veneranda reli-
 quia excipienda ut cumque summam dixisse sat sit. Haec ta-
 men unum (ut huc redeam) bonus ille quidem eps nimis obnixae
 obfirmatoque animo insectatus videtur, nempe ut capitulum et
 canonicos sub suam ditionem reduceret, et iurisdictionem totamque
 corrigendi potestatem sibi uni vendicaret. Sed postquam diploma
 pontificium (quod breue mentionis et inhibitionis dicitur)
 ab ipso pontifice pro capitulo re cognita huc missum est, aliquantum
 sese repressit, et singulis diebus ita senior fieri incipiebat, ut vide-
 retur iam iam velle obmissis litibus conuenire, pacique et quieti
 consulere. Spes profecto erat fore, ut ecclesiae dilectae sponsae bene
 prouideret, si per fata inuisa licuisset. Mors siquidem immatura
 nobis praeripuit illum quem magis magisque eidem studere vide-
 retur. Excessit enim ex hac vita et miseriarum valle Pampilo-
 nae in aedibus Infirmarum et Archidiaconi sanctae Gemmae die
 xxvij. mensis Ianuarij anno Christianae salutis. M D S xxij,
 sacramentis ritu Christiano pie reverenterque susceptis, priore
 et canonicis circum adstantibus, et totius civitatis clero sacro san-
 ctum Domini corpus deducente. Multi denique et canonici et sa-
 cellani morientem pijs precibus adiuuarunt, fidei constantiam
 adaugentes. Postridie deinde cadaver iam conditum, pontificijsque
 vestibus indutum e cubiculo (in quo decubuit) ad proximum tri-
 clinium productum fuit, positumque in loculo preciosis stragulis or-
 nato, et ibi solennes exequiae ab omnibus et sacellanis et monachis
 pie sunt exhibitae: postremo vero a priore et canonicis, et deinde in
 sollemnissima pompa deductum ab eisdem omnibus, donec extra
 portam urbis feretro imponeretur, quod deduxit etiam supremus
 regis senatus cum reliquis iudicibus et primarijs urbis civibus.
 Asportatum denique ad monasterium diuo Augustino sacrum
 (quod est Stella) post parentalia ritu solenni peracta ibidem se-
 pulchrum est:

pullum est: ita tamen, ut postea ossa transferrentur Villæscusam natale
solum ad sacellum, in quo iacent conditi Didacus et Sebastianus Nami-
re^{re} episcopi et aunculi huius ipsius. Regnabat adhuc Philippus Austri-
acus, quem precamur, Nestoreos viuat annos. Post itaque obitum epis-
copi die nempe .xxvij, in capitulo declarata est sedis vacatio, crea-
tisque mox administratores.



Por las donaciones de el Monast. de S. Sab. de Leire tiene, contra y se deve enmendat este catalogo de los Obispos de Pamplona desta manera.

T. 22.º iii. Folio 10. de este libro sucedio don fu.º Abbad de S. Sab.º y Obispo de Pamplona, a don Sancho el Mayor Abbad de S. Sab.º y Obispo de Leire. Porque tiene el dicho Monast. una carta de compra de ciertos molinos y otra mucha hacienda en Lerda, por el Abbad don fu.º y Obispo de Pamplona y el Prior don Blasio. Era 1063. *Rege Sancto Garbani in Pamplona &c.*

Item dona Inaca dio a Fernan Lopez una pieza entre Alizqueta y Bessilla. Era 1064. *Rege Ranimiro in Aragon, Rege Sancto Garua in Pamplona. Epus loannes in Leire mine Monachorum &c.*

son Era. 1093.

era. 1094.

